





LIBRARY
OF THE
Theological Seminary.
PRINCETON, N. J.

Case BT 990 .V564 1846
Shelf Libri symbolici ecclesiae
Book reformatae Netherlandicae



LIBRI SYMBOLICI
ECCLESIAE REFORMATAE
NEDERLANDICAE.



LIBRI SYMBOLICI

ECCLESIAE REFORMATAE

NEDERLANDICAE.

EDIDIT

HENR. EGB. VINKE,

THEOL. DOCT. ET IN ACADEMIA RHENO-TRAIECT. PROF. ORD.

TRAIECTI AD RHENUM,

APUD J. G. VAN TERVEEN ET FIL.

1846.

Typis K. J. Gieben.

PRAEFATIO.

Ne quis miretur hanc librorum nostrorum Symbolicorum editionem a me curatam, paucis exponere iuvat rationes, quibus impulsus huic operi admovendas esse manus existimavi. Nulla adhuc exstat accurata illorum editio, qualem nostris temporibus Viri docti desiderant; nulla, quae cum egregiâ librorum Symbolicorum Ecclesiae Evangelicae editione, ab HASIO procurata¹⁾, possit comparari. Nam quae in patriâ nostrâ prodierunt editiones, vel partem tantummodo librorum nostrorum Symbolicorum exhibent, vel non nisi sermone vernaculo legendos eos praebent: unde »accuratioribus Theologorum studiis,” quod recte monet NIEMEYERUS²⁾ de interpretationibus librorum Symbolicorum germanicis, »parum utilitatis afferunt, quum doctissimo cuique ad limpidos »fontes — redeundum sit.” Scio equidem plures apud exteros, in primis apud Germanos prædiisse collectiones Confessionum, in Ecclesiis Reformatis publicarum, quibus nostrae quoque Ecclesiae libri Symbolici continentur; sed ne de iis dicam, quae ante editionem *Niemeyerianam* in lucem missae fuerunt, quarum »nulla,” ipso iudice, »viris doctis omni ex parte satisfecisse putanda est³⁾,”

1) *Libri Symbolici Ecclesiae Evangelicae, sive Concordia. Recensuit* CAR. AUG. HASE. Ed. 3. Lips. 1846.

2) DR. H. A. NIEMEYER, *Coll. Confess. in Eccl. reform. publicarum.* Lips. 1840. Praef. p. XII.

3) I. I. Praef. p. XII. — Ed. *Corp. ll. Symb.* ab AUGUSTI procurata, quae h. a. 1846 prædiisse dicitur, non est *nova*, sed *novo tantum titulo ornata.*

idem hoc, librorum nostrorum Symbolicorum ratione habita, de ipsa collectione *Niemeyeriana*, quamvis egregia, multisque nominibus laudanda, affirmandum esse mihi quidem videtur. Nam quod attinet primum ad *Confessionem Belgicam*, hanc dedit e recensione **FESTI HOMMII**, quae nullam habet publicam auctoritatem. Deinde *Catechesis Heidelbergensis tertiam* a. 1563 editionem typis exprimentam curavit. Porro tria Symbola antiqua, *Apostolicum* dico, *Nicaenum* et *Athanasianum* prorsus omisit. Denique nullos neque locorum Scripturae sacrae, neque rerum indices suae editioni adiecit. Quae cum ita sint, non est quod miremur, accuratorem perfectioremque librorum nostrorum Symbolicorum editionem Viros doctos etiamnum desiderare. Desideratur autem eo magis, quo magis nostris maxime temporibus excoli coepta est *Theologia Symbolica*; in qua exponenda quam strenue Germanorum in primis Theologi inde a **G. J. PLANCK** ¹⁾, qui primus neglectam prorsus hanc disciplinae nostrae partem crexit, usque ad **ED. KÖLLNERUM** ²⁾ versati fuerint et etiamnum versentur, sciunt omnes, hisce studiis operam navantes. Theologia autem Symbolica rite exponi nequit, nisi accuratae exstent singulorum librorum Symbolicorum editiones, e quibus diversarum Ecclesiarum dogmata possint hauriri, ut iusta illorum instituatur comparatio. Hinc plurimae variarum, quas diversae Societates Christianae sequuntur, Confessionum in Germania prodierunt editiones: in nostrâ vero patriâ, in qua neglecta iacet adhuc Theologia Symbolica, prodiit nulla. Itaque spero fore ut hoc meum opus conferat, ad studia, gravissimae huic disciplinae Theologicae parti navanda, apud nostrates excitanda. Imo vero *Theologia dogmatica nostrae Ecclesiae* rite tradi nequit, nisi adsit accurata librorum nostrorum

1) *Abriss. e. hist. u. vergleichend. Darstell. d. dogmat. Systeme uns. verschied. Christl. Hauptpartt.* caet. Gött. 1796. 1804. 1822. 8. Vid. **WINNER**, *Comparat. Darstell. d. Lehrbegr. d. verschied. Christl. Kirchenpartt.* caett. ed. 2. 1837. p. 1—3.

2) **ED. KÖLLNER**, *Symbolik aller Christl. Confess.* I. *Symbol. d. lutherischen Kirche.* Hamb. 1837. II. *Symbol. d. heil. apostol. kathol. röm. Kirche,* ibid. 1844.

Symbolicorum editio. Tradenda autem illa est a nobis, quibus cura demandata est docendi atque informandi iuvenes, qui sacrorum Antistitum munere in *nostra* Ecclesia aliquando rite fungi possint. Quod tamen haudquaquam ita intelligi velim, ac si *et* improbanda sint illorum studia, qui nullâ fere nostrarum Confessionum habitâ ratione, Theologiam dogmaticam condere conentur, *et* probanda omnia placita, quae in libris nostris Symbolicis exhibeantur. Contra vero *et* laudandos esse existimo omnes conatus qui valcant ad nostram disciplinam excolendam perficiendamque, *et* singula nostrarum Confessionum dogmata ad patefactionis divinae, in novi Foederis libris in primis exhibitae, normam esse examinanda. Duplex igitur, me quidem iudice, fons est, e quo petenda sit *Theologia dogmatica Ecclesiae Reformatae Nederlandicae*, a Theologiae Reformatae Professoribus tradenda: alterum continent libri nostrae Ecclesiae Symbolici, alterum libri sacri, maxime Novi Foederis; hic primarius est, ille secundarius; utriusque autem haec ratio est, ut quae fons secundarius exhibeat ad ea, quae e fonte primario ducuntur, sint examinanda. Sic praevalere debet Theologia Ecclesiae, ut haec Confessionem suam vel tueatur et conservet, vel corrigat atque emendet. Quod fieri nequit, nisi adhibitâ accuratâ librorum Symbolicorum editione, quippe qui, nisi unicum, praecipuum certe contineant fontem, e quo Dogmatica Ecclesiae sit petenda 1). Quid? quod eiusmodi editio desideratur, quoniam doctrinam, in nostra Ecclesia acceptam, cognoscere eos oportet, qui sacrorum Antistitis munere in illâ sint functuri. Quod ipsa res et ratio docent; nam ut unaquaeque Ecclesia, sic et nostra suam habet doctrinam; quam igitur cognoscat necesse est, qui illius socios sit docturus. Deinde qui probationi Ecclesiasticae se submitunt, ex lege non tantum interrogandi sunt in primis de praecipuis nostrae Ecclesiae dogmati-

1) Vid. WINER, l. 1. p. 3 sq. TITMANNI *Instit. Symbol.* § 18. p. 15 sq. Cf. tamen et ALEX. SCHWEIZER, *Die Glaubenslehre der Evangelisch-Reform. Kirche* I. Zürich 1844 p. 119: cuius eximii operis prodiit adhuc Vol. II. Pars I. ibid. 1845.

bus; sed et, exactâ illâ probatione, subscribendum iis est formulae, qua declarant, se doctrinam, quae convenienter sacro Dei verbo, libris Symbolicis, in Ecclesia Reformata Netherlandica acceptis, continetur, bonâ fide accipere, atque ex animo credere; illamque sedulo docturos esse et propugnatos¹⁾. Neutrum autem, nisi cognitâ illâ doctrinâ, ab illis fieri poterit. Quomodo enim ad propositas quaestiones respondebunt; quâ quaeso ratione declarabunt, se doctrinam illam bonâ fide accipere eamque docturos esse et propugnatos, nisi cognitam illam habeant perspectamque? Scio, multum disputatum esse de vero formulae modo laudatae sensu, utrum nempe verba illa: *convenienter s. Dei verbo* significant: *quia* convenit (illa doctrina) cum s. Dei verbo, vel *quippe* quae cum eo conveniat, an vero *quatenus* cum eo convenit, quarum interpretationum alii hanc, alii illam propugnarunt²⁾. Utram vero harum sententiarum probandam esse existimes, constat, laudatâ formulâ significari, libros nostros Symbolicos, si vel non in omnibus conveniant cum libris sacris, sacrorum tamen librorum doctrinam continere. Quod si illâ formulâ indicatur, sequatur inde necesse est, futuros sacrorum Antistites librorum nostrorum Symbolicorum argumentum oportere cognoscere. Atque hae causae sunt, quare novam hanc illorum editionem procurandam esse existimaverim: in qua quid praestiterim cum ex ipso libro, tum ex iis, quae de singulis scriptis Symbolicis dicturus sum, lectori patebit.

Antequam vero de singulis illis scriptis exponam, respondendum esse videtur ad quaestionem:

1) Vid. *Regl. op het Examen en de toelating tot het Leeraar-ambt in de Herv. Kerk*, 1831. Art. 29. c. et Art. 38.

2) Vid. HERINGA, *Berigt aangaande zeven stellingen caett.* Tr. ad Rh. 1834.. Cf. CLARISSE, *Encycl.* ed. 2. p. 495 sqq. et ROYTAARDS, *Nederl. Kerk-regt*, t. II. p. 133 sqq. Leg. quoque *Rapport der Commissie ter zake der adressen van B. MOORREES c. s. caett.* in *Actt. Syn. Eccles. Ref. Nederl.*, 1841. p. 127—138.

*Quinam sunt libri Symbolici Ecclesiae Reformatae
Nederlandicae?*

Scilicet formula, cui singulis s. Ministerii Candidatis, exacta probatione Ecclesiastica, est subseribendum, mentionem quidem facit *formularum Concordiae, ab Ecclesia Reformata Nederlandica acceptarum*, sed ipsas formulas non significat. Itaque quaeritur, quatenam intelligendae sint. Cogitandas esse *Confessionem fidei Belgicam* et *Catechesin Palatinam s. Heidelbergensem* apud omnes constat; nam hae formulae in nostra Ecclesia, inde ab initio probatae sunt et acceptae: quod de utraque formulâ mox suo loco ex ipsis Synodorum Ecclesiae nostrae actis probaturi sumus 1). Sed de *Canonibus Dordracenis* disputari posse videtur, utrum hi ad libros nostros Symbolicos referendi sint, atque adeo in formulâ laudatâ indicentur. Ad quam tamen quaestionem affirmando respondendum esse videtur. Nam licet leges *Frisiae* Ecclesiasticae *Confessionis* tantummodo et *Catecheseos* mentionem faciant, ibique lata fuerit lex, quâ, quod factum esse YPEY et DERMOUT 2) conieciunt in Synodo, a. 1634 in vico *de Jouwer* habitâ, decretum sit, *Canonibus Dordracenis* non amplius esse subseribendum, atque adeo ab illo inde tempore haec subscriptio a Min. Candidatis in Frisiâ non fuerit requisita, *Synodus tamen Dordracena Canonibus* etiam, a se constitutis, et ipsa subscripsit 3), et subseribendum esse decrevit 4). Haec autem Synodus *nationalis* erat. Quicumque igitur Ecclesiae Reformatae Nederlandicae addieti manere vellent, hi Synodi decretis subseribere debebant. Deinde ex ipsa Frisia delegati Synodo in-

1) Cf. Dr. J. BORSIUS, *Overzicht van het trapswijze toegenomen en bekrachtigde gezag der Geloofsbelijdenis en van den Catechismus, als Formulieren van eenigheid in de Nederl. Herv. Kerk, van den aanvang der Hervorming, tot op de Synode van Dordrecht, in 1618 en 1619, in* KIST et ROYAARDS, *Archief voor Kerkel. Gesch.* caett. IX. p. 285—376.

2) *Gesch. der N. H. Kerk*, I, p. 465, in pr. II. p. 242.

3) Vid. *Act. Syn. Sess.* 135, 136.

4) Vid. *Formula subscribendi*, a Synodo praescripta, in *Kerkel. Handboekje* caett. ed. 3, p. 363 sqq.

terfuerant, eiusque decretis non tantum adsenserant, sed et magna eorum pars fuerant. Porro Synodus a. 1619 *Leopardiae* habita, Canonibus Dordracenis subseripsit et subscribendum esse existimavit 1). Praeterea Ordines generales Synodi iudicium de quinque notis doctrinae Christianae capitibus approbarunt, »volentes ac stantientes, ut nulla alia doctrina de quinque praedictis doctrinae capitibus in Ecclesiis harum regionum doceatur aut propagetur, »praeter hanc, quae praedicto iudicio sit conformis atque consentanea 2). Denique ipsi Ordines Frisiae, licet Ordinem Ecclesiasticum, in Synodo Dordracenâ constitutum, non probaverint, doctrinae tamen, ab illâ expositae, assenserunt eamque vindicare 3) Quae cum ita sint, *Canones etiam Dordraceni* ad libros nostros Symbolicos sunt referendi: unde hos quoque huic Confessionum nostrarum collectioni inserendos esse existimavi.

Verbo monere restat de *tribus Symbolis antiquis*, quae itidem adscripta nostrae Ecclesiae Symbolica sunt referenda, ac propterea in hanc collectionem suscepta. Nam in Conf. Belg. art. IX diserte dicitur: »Recipimus itaque libenter hic tria illa *Symbola*, nempe »*Apostolorum, Nicaenum et Athanasii*, et quaecunque de hoc dogmate" (de S. Trinitate) »iuxta illorum Symbolorum sententiam" (s. Concilia) »statuerunt." Unde *Symbola Nicaenum et Athanasii* formulis Ecclesiae nostrae liturgicis adiecta esse videntur, Symbolo *Apostolorum* in Cat. Pal. exhibito et explicato 4).

His praemissis ad solvendam propositam quaestionem, quinaum libri Ecclesiae nostrae Symbolici sint habendi, de singulis iam videamus.

1) Vid. BRANDT, *Hist. der Ref.* IV. 23—26.

2) Vid. *Approbatio ill. ac praepot. DD. Ordd. Gener.* p. huius l. 461—464. Cf. BRANDT, l. l. III. 767 sq.

3) Vid. W. TE WATER, *Tweede Eeuwgetijde van de Geloofs-Belijdenisse der Geref. Kerken van Nederl. caett.* p. 155 sq. et quos laudat.

4) Vid. TITTMANNI *Instit. Symb.* P. I. C. I. § 1, 2. De *Symb. Athanas.* cf. J. CH. C. HEINZIUS, utrum *Symb. Athanas.* e libris Protestantium *Symb.* exterminandum sit an retinendum. In *Ann. der ges. Theol. Liter.* 1831. p. 50—68. 135—146. Vid. *Hall. Lit. Zeit.* 1834, *Erg. bl.* p. 184.

CONFESSIO FIDEI BELGICA.

Confessio fidei Belgica conscripta est primum a GUIDONE DE BRÈS, qui ex urbe, *Monte* in Hannonia, oriundus, piacque at superstitionis simul matris institutione usus, in iuventute suâ ipse Pontificiorum superstitionibus prorsus deditus, tandem legis libris sacris ad veri Evangelii cognitionem pervenit: quam cum manifestaret, propinqui odio eum persecuti sunt, ipseque se *Londinum* contulit, regnante EDUARDO VI. Unde in patriam reversus, primum quidem et alibi et in primis apud Reformatos Ecclesiae occultae *Insularum (Rijssel)* doctrinam Evangelicam exposuit, ibique magno cum ardore Anabaptistis se opponens, singularem contra illos libellum conscripsit 1). Deinde vero, exortâ persecutione, *Gandavum* profectus est, ubi libellum ex antiquis scriptoribus haustum confecit, quem inscripsit: *Le baston de la Foy*. Hinc summa discendi cupidine ductus, *Lausanium* et *Genevam* abiit. Quibus in urbibus cum aliquamdiu versatus esset, atque tum aliorum, tum CALVINI institutione usus fuisset, iterum in patriam rediit, variisque Ecclesiis quam plurimum profuit. Subortâ vero novâ persecutione, in *Galliam* recessit ad Ducem *Bullonii*, qui eum arcessiverat. Sed vocatus ab Ecclesia *Antverpiensi* m. Augusti a. 1565, rursus in patriam rediit, tandemque ab *Antverpiensibus* ad Ecclesiam *Valentianam*, quam primus condiderat, missus, sacrorum Antistitis munere apud illam functus est. Captâ autem urbe, quae Gubernatrici se opposuerat, a. 1567, una cum socio suo et amico PEREGRINO DE LA GRANGE in carcerem coniectus, in quo multa habuit colloquia in primis

1) Libri titulus hic erat: *La racine, source et fondement des Anabaptistes, ou rebaptisez de nostre temps, en trois livres, par GUY DE BRÈS, AD. 1565.* Exstat quoque Belg. ed. h. t. *De wortel, den oorspronck, ende het Fundament der Wederdooperen, oft Herdooperen van onsen tijde, caett. Alles in drie Boecken vsamen ghestelt ende vergadert, door GUYDO DE BRÈS, a. 1565. Wt der Fransoyscher talen in onser Nederduytscher spraken eerst overgheset door J. D. R. Ende nu wederom oversien, ende met drie bequame Tafels verrijckt. T'Amstelredam bij JAN EVERSZ. CLOPPENBURGH. a. 1589.*

cum Episcopo FRANCISCO RICHARDOT, variasque tum ad *Valentianos*, doctrinae Evangelicae addictos, tum ad uxorem suam matremque epistolas scripsit, quorum illa magnam eius eruditionem, hae summam animi pietatem testantur, coelesti gaudio impletus, vitam pie et in fide constans in patibulo finivit 1).

Hunc igitur virum doctum, pium, eundemque Martyrem primum certe nostrae Confessionis auctorem esse, in dubium vocari nequit, licet mirum videatur, neque in eius scriptis epistolisque, neque in vitâ eius, in *Historia Martyrum* traditâ, ullam Confessionis fieri mentionem. Quid? quod ne in narratione quidem de conscriptâ a Nostratibus fidei suae Confessione, quae ibidem occurrit, auctoris nomen commemoratur. At diserte tamen SARAVIA in epist. ad IOANNEM UYTENBOGARDUM data a. 1612 2), quam epistolam BRANDTIUS quoque se vidisse scribit 3), »illa” (Confessio) inquit, »primo fuit conscripta Gallico sermone a Christi servo et Martyre »GUIDONE DE BRÈS” 4). Idem refert MART. SCHOOCKIUS, qui e-certis

1) Vid. *Histoire des Martyrs persecutez et mis a mort pour la verité de l’Evangile, depuis le temps des Apostres jusques à l’an 1574.* caett. (JOH. CRESPIN). *Reveuë et augmentée d’un tiers en ceste dernière Edition* (per Anon. Vid. Fol. 7 vers. *L’imprimeur au Lecteur Chrestien* s.) MDLXXXII (s. l.) Fol. 669 vers. — 686 vers. — *De Historie der martelaren* caett. ed. CL. BRUIN, Leyd. 1747. p. 643—660, ubi epp. a G. DE BRÈS scriptae omituntur; de quo l. leg. JOH. AB UTRECHT DRESSSELHUIS, *Adriaan van Haemstede in zijn bedrijf, denkwijze en karakter voorgesteld*, caett. in K. et R. *Archief voor K. G.* Vol. VI. p. 79 sqq. — (P. B. BÄHLER) *Guido de Brès, Opsteller der Nederl. Geloofsbel. in zijn leven en sterven*, caett. *Naar het Fransch, en met eene voorr. en eenige aantekkk. voorzien.* Amst. 1835, in quo tamen libello epp. a G. de Brès ad Valentin. ss. non habentur. — Cf. et TE WATER, *Tweede Eeuwget.* caett. p. 7, 8.

2) Vid. *Praestant. ac erudit. virorum epp. Eccles. et Theol. varii argumenti* caett. edd. a CHRIST. HARTSOECKER et PHIL. ▲ LIMBORCH. Amst. 1660. p. 360 sqq. 3) *Hist. der Ref.* I. 253.

4) Tota SARAVIAE epistola, quae hic adscribi meretur, quatenus nostram Confessionem spectat, haec est: »Ego tunc temporis Minister eram Ecclesiae »Gallicanae, Antverpiae, et exemplaria illius Confessionis Principi Auriaco »et Comiti Egmondano offerenda curavi. Frater uxoris meae erat Comiti Ludovico a cubiculis, qui me ad Dominum suum adduxit, ut illi innotescerem,

documentis Confessionis historiam se didicisse affirmat 1). Quod si quaeris, utrum illa uni GUIDONI DE BRES, an vero aliis quoque

»et exemplaria recens editae Confessionis darem, nterius Principibus distribuenda. Congregavi primum tunc temporis Ecclesiam Bruxellis auxilio Domini de Tolossa, fratris Domini sanctae Aldegundae, ex aulicis et paucis quibusdam civibus Gallici sermonis. In altercationibus Leidanis illam fidei Confessionem et Catechismum allegari et vigere vidco, ac si ipsum esset Dei verbum. Homines improbi Confessionem Augustanam audacter despiciunt, et qui modestiores haberi volunt, in illa esse aliquod, quod mutatum vellent, desiderant; in sua vero Confessione, ac si fidei Canon esset, nihil mutari patiuntur. Ego me illius Confessionis ex primis unum fuisse authoribus profiteor: sicut et HERMANUS MODETUS: nescio an plures sint superstites. Illa primo fuit conscripta Gallico sermone a Christi servo et Martyre GUIDONE DE BRES. Sed antequam ederetur, Ministris verbi Dei, quos potuit nancisci, nullam communicavit, et emendandum, si quid displiceret, addendum, detrahendum proposuit, ut unius opus censi non debeat; sed nemo eorum, qui manus apposuerunt, unquam cogitavit fidei Canonem edere: verum ex Canonice scriptis fidem suam probare. Nihil tamen meo iudicio in illa est, quod reprehendam, aut mutare velim. Quod si sint aliqui, quibus non omnia probentur, audiendos censeo, et ex verbo Dei docendos, si quod reprehendunt secundum Dei verbum. Nemo temere inter impios censendus est, qui doceri paratus est. Articulorum non idem omnium est pondus, esse possunt nonnulli, a quibus si dissentiant, sunt ferendi, non ab Ecclesia idcirco alienandi. »Idem censeo” (nam et haec h. l. iam adiicere liceat) »de Catechismis vestris, quos ipse aliquando tam in Gallicis, quam Teutonicis Ecclesiis docui: ab illis tamen dissensio in expositione descensus Christi ad inferos, postquam a vestris reiectus, huc sum reversus, mutavi sententiam, melius hinc” (sic) »in Anglia doctus Concionibus et scriptis tum doctissimi viri Reverendi Episcopi Vintoniensis, tum aliorum doctorum hominum, qui nullam in parte aut CALVINO aut BEZAE cedunt.” — Cf. de SARAVIAE epist. et UXTENBOGARDI de illa iudicio TE WATER, l. l. p. 41 sqq.

1) Vid. eius *Liber de bonis vulgo Eccles. dictis* caett. Gron. 1651. p. 519—522. Totus locus, hac in re classicus, dignusque, qui hinc describatur, sic sese habet: »A quibus primitus haec universalis consensus in Orthodoxia formula per Belgium, concepta fuerit, diversimode a variis refertur. Ego ex certis documentis, pleniori opere cum bono Deo suo tempore exhibendis, ita hanc rem se habere didici. Iam anno 1559 Guido de Bres vir pietissimus, (quippe, uti antea patuit, veritatem Evangelicam sanguine suo obignavit) maxime quod furibundi Anabaptistae ab Inquisitoribus eodem loco cum Orthodoxis habrentur, instituit quosdam articulos consensus Orthodoxi colligere, quos cum Hadriano Zaraviae accincto ad iter Genevense primitus ex-

auctoribus sit tribuenda, respondendum mihi videtur, conscriptam quidem illam primo esse a GUIDONE DE BRES, deinde vero recognitam

hibuisset, per eum Calvino et aliis Theologis Genevatibus sub finem illius anni ostensi fuerunt; sed cum ab Authore lingua Gallica (quod Belgis plerisque ea ex parte aut vernacula esset, aut saltem familiaris) concepti essent, Zaraviae auctores fuerunt, moneret tum Authorem, tum reliquos per Belgicam ministros, potius cum fratribus Gallis consentirent in Confessionem, quae in prima Synodo Parisina recenter eodem anno condita erat, die videlicet 19 May. redux paulo post in Belgium Zaravia, Authōri tum viva voce, tum per literas, quas a Genevatibus deferebat, consilium Calvini, aliorumque illius Collegarum exposuit, pressitque hos articulos Bresius usque ad annum 1561. quo ex consilio Godefridi Wingii, cuius iam antea facta fuit mentio (renuente licet Zaravia, qui contendebat iterato Genevates consulendos esse) eosdem misit ad Ecclesiam Embdanam, in qua cum viveret Cornelius Cooltuyn Wingio familiaris, ipse eosdem cum paucis ex Collegis (quod non putaret, omnes privati ministri positiones, tanquam definitam formulam consensus plurium nationum, probaturos esse) expendit, probavitque; postea missi fuerunt ad varios in Belgio ministros, item ad ministros Metenses, quorum iam antea facta fuit mentio, nec non Frankendalium ad Petrum Dathenum et Casparum Heidanum, ut et Francofurtum ad Valerandum Pollanum, nec non ministros Ecclesiae Belgicae Londini, itemque eos, qui ibidem Ecclesiae Gallicae praeerant, Nicolaum scil. Galasium, Petrum Cognatum, et Petrum Alexandrum quondam Confessionarium Mariae Ungariae reginae; neque enim consultum fuit visum, iterum adire Genevates, quod mallent Belgas Gallicae Confessioni, hoc ipso anno 1561 vulgatae subscribere. A plerisque in Belgio ministris visa cum esset haec Confessio, taciteque probata, Walonico idiomate, quo primitus concepta erat ab Authore, vulgata est anno 1562 ac mox anno sequenti, sive anno 1563 in Belgicam traducta linguam per omnes Ecclesias non solum fuit disseminata; verum etiam ab hoc tempore coepit esse formula consensus. At cum complures ex Zaravia didicissent Genevatibus displicuisse hoc consilium Belgarum de edenda nova Confessione, mense Maio anno 1565 (ita et TRIGLANDIUS, *Kerckel. Geschied.* Leyd. 1650, p. 145; sed leg. 1566) inter sexcentas difficultates et pericula, ex praecipuis Belgii ministris, qui tum noti erant, Antverpiae occulto Synodus, cui et ipse Philippus Marnixius interfuit, et ad quam vocatus quoque erat Zaravia, collecta fuit; relectaque Confessione ab omnibus probata fuit, sic tamen ut expostularetur super ea consilium Genevensium; quod cum iussus esset Franciscus Iunius, Theologis illis familiarior, explorare, mense Novembri (ut alias documentis allatis probabitur) ab iis responsum est, se articulos (in quibus pauca mutata erant) ab initio, cum exhiberentur, admisisse quidem ut

et emendatam eum a SARAVIA et MODETO, tum ab aliis, quibus ille eam examinandam corrigendamque tradiderat. Nam SARAVIA in epist. laud. se illius ex primis unum fuisse authoribus profitetur: quod et ille de MODETO et hic ipse de se ¹⁾ testatus est. Quinam caeteri fuerint, de quibus SARAVIA scribit: »nescio an plures sint »superstites», non significat. Sed TRIGLANDIUS a patribus acceptum esse tradit, in conscribenda Confessione GUIDONI opem tulisse cum Collegas eius, sacerorum Antistites apud reformatos Ecclesiae *Insularum, Valentianae*; aliarum, tum GODEFRIDUM WINGIUM, ab Ecclesia *Emdana* huc missum; deinde vero communicatam illam esse tum in patria nostra cum GEORGIO WIBOTIO (al. GEORGIO SYLVANO) et CHRISTOPHORO FABRITIO (SMIDT), tum extra patriam cum CORNELIO COOLTUNIO, NICOLAO CARENAEO, PETRO DATHENO, CASPARO HEYDANO, VALERANDO POLLANO, IOANNE TAFFINO, PETRO COLONIO, NICOLAO GALASIO, PETRO COGNATO, PETRO ALEXANDRO et PETRO DELENO ²⁾, qui omnes illam approbaverint, non nihil fortasse hic illic mutato.

orthodoxos, caeterum existimasse pro eo tempore, Ecclesias Belgicas non indiguissse Confessione, quae cum iam vulgata sit, revocari non posse, probare se eam tanquam verbo Dei consentaneam. Huic Confessione ab hoc tempore subscripserunt non solum ministri, verum ultro quoque Ludovicus »Nassovius Guilielmi Aurangiae Principis frater, Comes Culenburgicus, Comes »Bergensis, et Dominus de Brederode, aliique ex Proceribus, quibus aeternum »devotam se esse agnoscere debet patria: atque sic scriptum initio privatum, »factum est formula universalis consensus, inter Belgas non solum; sed etiam »inter Gallos et Belgas simul: siquidem anno 1583 e Belgio ad Synodum Nationalem Gallicarum Ecclesiarum (quae habebatur Vitriaci) cum hac eadem »Confessione missi sunt Deputati e Belgis, qui peterent ad contestandam mutuam unionem, ut ei Galli subscriberent; quod uti factum, ita vicissim Belgarum Delegati subscripserunt Confessioni Gallicae. Ut hoc fieret decretum »erat iam anno 1571 in Synodo Emdana, delegatique erant Petrus Dathenus, et Ioannes Taffinus ut agerent cum fratribus in Gallia; caeterum hoc demum »anno, illud quod duodecim annis antea placuerat, peractum fuit.»

1) in l. *Tegen de Wederdoopers* p. 270, refer. TE WATER, *Hist. der Herv. Kerk te Gent*, caett. p. 224.

2) Vid. TRIGLAND, l. l. p. 145. Cff. et SCHOOCK, l. l. IOH. ENS, *Kort historisch berigt v. d. publ. Ss.* caett. p. 89—96. IS. LE LONG, *Kort histor. Verhaal v. d. eersten oorsprong der Nederl. Geref. Kerken*, caett. p. 82, 83, qui monet,

Sed aliae iam exstabant fidei Confessiones, *Augustana*, *Londinensis*, *Gallica*. Itaque quaeritur, quidni unam alteramve harum acceperint? Quare suam ipsi Confessionem conscripserint? De *Augustana* Confessione ab iis non accepta, non est quod dicam; nam neque omnia eius dicta probabant 1), et desiderabant in illâ Confessione gravissimum, qui est de *Scriptura sacra* locum, e qua omnem fidei doctrinam petendam esse statuebant. Neque *Confessionem Ecclesiae Reformatae Nederlandicae*, quae regnante EDUARDO VI *Londini* florebat, scriptam illam maxime a IOH. à LASCO, et e linguâ Frisiae Orientalis in Belgicam conversam a viro nobilissimo IOH. UTENHOVIO, Ecclesiae illius Londinensis id temporis Seniore, a. 1550, h. t.: *Een Cort Begryp der Leerlingen, van die waerachtighe ende eender Ghemeynten Gods ende CHRISTI, ende van 't Ghelove ende Belydinghe, dewelcke door de Ghemeynte der Wytlandischen te Londen ingestelt is. Per Regulem auctoritatem*, accipere, vel si mavis, retinere voluerunt, tum quia haec Confessio non consulto de *libris sacris* exponebat, tum quia *Zwinglianam* sequebatur rationem, tum quia iustus concinnusque ordo in ea desiderari videbatur, tum vero etiam quia suam Confessionem PHILIPPO Regi tradere volebant, Confessio autem illa Londinensis, nonnullis in locis, ét Pontificios ét doctrinam illorum moresque acerrime oppugnabat, adeoque Regis animum a Reformatis magis magisque alienasset 2). Alteram Con-

VALLERANDUM POLLANUM Confess. auctoribus accenseri non posse, quippe qui iam a. 1558 diem obierit, et TE WATER, *Tweede Eeuwget*. caett. p. 9 sqq. ubi exponit *primum* de iis, quos certo constat vidisse Confessionem et approbasse, p. 9—25; *deinde* de iis, qui vidisse illam et approbasse dicuntur, p. 25—32, quibus *tandem* seriem addit virorum, quibus DE BRES suam Conf. videndam et approbandam praebere potuerit, p. 32—39.

1) Cf. TRIGLAND, I. I. p. 144. col. b. et p. 154—159.

2) Vidd. quae de *prima* hac *fidei Conf. Ecclesiae Ref. Ned.* scripsi, uti et ipsa Confess., quam deperditam existimabant viri dd., sed cuius exemplum invenire mihi contigit in Bibl. Acad. Rheno-Traiect., in HERINGA, *Kerckel. Raadvr. en Raadg.* Vol. IV. P. II. p. 223—288. Add. scriptoribus, p. 226 sq. II. TRIGLANDIUS, *Kerckel. Gesch.* p. 144. Cf. et Epist. 10. à LASCO ad

fessionem fidei Belgicam, quam LE LONG accurate typis exprimentam curavit, silentio praetermitto, quippe editam anno demum 1566, inscriptam: *Corte Belydinghe des Gheloofs, der gheerre, die overal in Nederlant, ende besonder in dese Stadt N.* (significatur *Antverpia*) *de waerachtighe Leere des Euangeliums aenhanghen: Ende nu ter tydt van den ghenen, die men Gheetelyck noemt (die de wuerheynt haten, ende gheerne soudend verduysteren) tonrecht voor Kettters ende Oproermakers worden gelestert ende vervolcht. Tot waerschouwinghe der Overicheyt: onderwys der onwetender ende bescherminghe der oprechter Christelicker Leere. Ghedruckt mit Gratie ende Privilegie des Alderhoogsten*, anno 1566 1). Sed difficilior est quaestio, quare Gallicam fidei Confessionem, in prima Synodo Parisina a. 1559 conditam, non acceperint, praesertim quum, quod SCHOOCKIUM tradere vidimus l. l., CALVINUS aliique Theologi Genevenses SARAVIAE auctores fuerint, ut ét GUIDONEM ét reliquos per Belgium ministros moneret, potius cum fratribus Gallis in Confessionem ab iis editam consentirent. Summa enim nostrae Confessionis cum Gallica intercedit convenientia. Eadem est utriusque doctrina; idem ubique fere ordo; eadem nonnumquam dicendi ratio, ita ut nullum dubium sit, quin Belgica Confessio ad Gallicam sit confecta. Quid? quod illa non nisi huius interpretatio, et pro unâ eademque cum Gallicâ Confessione habita fuisse videtur a *Synodo Vesaliensi* 2), cuius tamen Synodi verba in alium sensum fortasse possunt explicari 3); nam quod YPEY et DERMOUT coniiciunt, ad-

BULLINGERUM data d. 7 Ian. 1551, in qua suae Conf. mentionem facit, quae ep. habetur in GERDES. *Misc. Gron.* IV. p. 467 sqq.

1) Vid. LE LONG, l. l. p. 115 sq. et 189—198. — Habetur huius quoque Conf. exemplum in Bibl. Acad. Rheno-Traiect.

2) Vid. huius Synodi *Acta* Cap. II. Art. 8, ubi de *Confess.* haec dicuntur: »welke eerst van de Kerkendienaren in Vrankryk aan de Fransche Koning nis overgelevert, ende daar na in Nederduytsch overgeset zynde, aan den Koning van Hispanien, ende d' andere Overheden van Neder-duytschland is toegeschreven, ende behandigt.» *Kerkel. Hantb.* p. 14.

3) Vid. LE LONG, l. l. p. 83, ubi: »Vervolgens is dezelve,» inquit, »door

iecta illa esse ab indocto quodam homine, Synodi acta e lingua Lat. in Belgicam convertente ¹⁾, hoc minime admittendum videtur, quoniam haec coniectura ét in se spectata parum probabilis est, ét pugnat cum *Actis Synodi Wesaliensis*, quae L. I. F. JANSSEN cum Viris dd. communicavit ²⁾. Quicquid est, utriusque Confessionis collatio docet, Belgicam pro interpretatione Gallicae non posse haberi; nam multis quoque nominibus altera ab alterâ differt. Scilicet *Belgica* 37 constat articulis, *Gallica* prior 35, posterior 40; atque haud pauca in illâ fusius explicantur et allatis argumentis comprobantur, quae brevius in hac, nullis adductis locis probantibus, ponuntur. Vid Art. II et III *Conf. Belg.* coll. cum Art. II *Conf. Gallicae*; illius Art. VII cum huius Art. V, uti et, ne alia laudem, locus, qui est *de Trinitate*. Errat igitur UYTENBOGARDUS. nostram Confessionem non nisi Gallicae interpretationem dicens ³⁾. Accuratius ENS: »mij is gebleken,» inquit, »dat niet alleen in weynige artykelen» (quod contenderat UYTENBOGARDUS), maar *menigmaelen* de spreekmanieren met mal- »kander geen de minste overeenkomst hebben: dat de onze dik-

»de Kerken-dienaars in *Vrankrijk* aan den Koning van *Vrankrijk* overgele- »vert;» (in n. »Ziet de Acta Syn. te Wezel a. 1568. Cap. III. (?) § 8),» »ten »voordeele van zijne *Gereformeerde* onderdaanen, die zich *binnen* deszelfs »Koningryk bevonden; om aan te toonen, dat haare Leere met die in de *Ne- »derlanden* volkomen overeenstemde; en waare het mogelijk, den *Gerefor- »meerden* in *Vrankryk* daardoor meede nog eenige verlichtinge van vervolgingen »nuit te werken.» Quam tamen interpretationem historicam unde hauserit, nescio.

1) Vid. ΥΡΕΥ et DERMOUT *Gesch. d. Nederl. Herv. Kerk*, t. I. ann. p. 299. 29.

2) L. I. F. JANSSEN, *De Nederl. Hervormden in Kleefsland, vooral te Wezel in de XVI Eeuw*, caett., in κ. et ρ. *Archief* Vol. V. p. 307—460, ubi *Acta Syn. Wesal.* habentur p. 426 sqq. in quibus de *Conf.* haec leguntur p. 433: »Quaeratur, ecquid per omnia consentiat cum ea doctrina quae »in ecclesia publice retinetur secundum ea quae Confessione fidei primum »Galliarum regi, per ecclesiarum illius regni» — (sic) »oblata, deinde vero in »vernaculam linguam conversa Hispaniarum Regi ceterisque inferioris Germaniae »magistratibus inscripta, exhibitaeque fuit.»

3) *Kerk. Hist.* III. p. 151. Vid. et BRANDT, l. I. I. p. 254. Cf. TRIGLAND l. I. p. 145 sq. ΥΡΕΥ et DERMOUT l. I. ann. p. 209.

»wyls kort is, daar de Franze breet is 1), en in het tegendeel de »Franze kort, daar de onze breet is 2), en dat de eene zomwylen »wel twe of drie Artykelen heeft over eene zaak, daar de andere »maar één van heeft.” Imo coniiciunt ΥΡΕΥ et DERMOUT 3), nonnulla e Belgicâ Confessione translata esse in Gallicam, cum haec deinceps immutata fuerit et emendata. Attamen doctrinae summa est convenientia, quod docet non modo utriusque Confessionis comparatio, sed et exinde patet, quod *Synodus Emdana* a. 1571 decreverit, non tantum Belgicae, verum etiam Gallicae Confessionis subscribere, confidens, Ecclesiae Gallicae Antistites lubenter quoque Confessionis Belgicae subscripturos esse: qua de re ut cum his agerent, a Synodo laudatâ electi fuere PETRUS DATHENUS et IOHANNES TAFFINUS 4). Quod peractum est duodecim annis post, nempe a. 1583 5), cum e Belgio ad Synodum nationalem Ecclesiarum Gallicarum, (quae habebatur *Vitriaci*) cum nostra Confessione missi sunt Deputati e Belgis, qui peterent ad contestandam mutuam unitatem, ut Galli ei subscriberent: quod uti factum, ita vicissim Belgarum delegati Gallicae Confessionis subscripserunt 6). Itaque quaeritur, quam ob causam Nostrates in hac Confessione acquiescere noluerint, sed suam ipsi Confessionem componere atque edere voluerint? Ad quam quaestionem universe quidem responderi potest, voluisse illos, ut propriam Ecclesiam patriamque, sic suam quoque habere fidei Confessionem 7). Sed aliae etiam afferri possunt

1) In hoc fallitur ENS, nam non nisi paucissimis locis illud obtinet.

2) Hoc verum est, sed omissum ab ΥΡΕΥ et DERMOUT, l. l.

3) l. l.

4) Vid. *Acta h. S.* Art. 2, 3 in *Kerk. Hantb.* p. 62, 63.

5) Vid. schoock. l. l. p. 521 sq. all. h. praef. p. XV.

6) Vid. *Act. Syn. Dordr.* 1618, 1619. Sess. 146, et ANT. HULSH praef. praem. ed. Conf.: *La Confession de Foy des Eglises Reformées des Pais-Bas, représentée en deux colonnes, l'une portant la Confession ancienne, et l'autre, la Revision, qui en été faite au Synode National de Dordrecht, l'An. 1619 caett. Le tout publié par ordre du Synode des Eglises Walonnes, tenu a Leyden, le 14 Septemb. 1667. A Leyde 1769.*

7) Cf. JANSSEN l. l. p. 384 sqq.

rationes, eaque gravissimae, quibus ducti CALVINI caeterorumque Theologorum Genevensium consilio non fuerint obsecuti. Ac *primum* quidem emendatiorem voluerunt fidei Confessionem, quoad ipsorum maxime dogmatum expositionem approbationemque; nam singula fere placita fusius et accuratius exposuerunt, adductisque locis e Codice s. sumtis, quod neglexerat Confessio Gallica, ea comprobant, imo singulari articulo (art. XXXVII) suam de CHRISTI reditu, ultimoque iudicio sententiam professi sunt, quod itidem omissum fuerat in Gallicâ Confessione. *Deinde*, quod vere iam monuerunt TRIGLANDIUS ¹⁾, SCHOOCKIUS ²⁾ et TE WATER ³⁾, Confessionem desiderarunt, suis temporibus, suaeque patriae magis accommodatam: unde *Anabaptistarum* quidem errores, qui multi numero id temporis in Belgio degebant, sed quorum nulla facta fuerat mentio in Confessione Gallica, haud semel diserte memorantur et reiiciuntur; vid. Art. XVIII, XXXIV et XXXVI ⁴⁾: contra vero nulla SERVETI fit mentio, qui commemoratur in Conf. Gall. art. XIV. *Denique* Gallica Confessio nonnulla continebat, quae Pontificiorum Regisque iram quam maxime auxissent, at salvâ tamen veritate et omitti possent et vero etiam a Nostratibus in sua Confessione sunt omissa. Vid Art. XXIV ⁵⁾ coll. cum *Conf.*

1) l. l. p. 154 col. a, b. 2) l. l. p. 519.

3) *Tweede Eeuwget*. caett. p. 1—3, in pr. p. 8, ubi: »De dwaelingen der »Wederdoperen,» inquit, »achte ik veroorzaakt te hebben, dat hij» (c. DE BRÈS) »zig niet konde laeten overreeden, om de Belijdenisse der Fransche Kerken over te neemen; maer besloot een Belijdenisse op te stellen, geschikt »naer de gesteltenisse in Nederlant, alwaer veele Wederdopers waeren, van »welken er in Vrankrijk maer weinigen of geenen gevonden worden.» Cf. et YPEY et DERMOUT, l. l. I. p. 445 et ann. 423.

4) Cf. et Epist. ad PHILIPP. Hisp. Reg. pag. 4 et 60.

5) *Conf. Gall.* Art. XXIV: »Credimus — quicquid homines de mortuorum »sanctorum intercessione commenti sunt, nihil aliud esse, quam fraudem et »fallacias Satanae, ut homines a recta precandi forma abduceret. Repudiamus »etiam, quaecunque alia media excogitarunt homines, ut sese irae divinae »eximant, utpote quae sacrificio et morti Iesu Christi tantumdem derogent, »quantum illis tribuitur. Denique *Purgatorium* arbitramur figmentum esse »ex eadem officina profectum: unde etiam manarunt vota monastica, pereгри-

Belg. Art. XXVI. et Art. XXVIII 1) coll. cum *Conf. Belg.* Art. XXIX. Has igitur ob causas recte iudicarunt, in Gallicâ Conf., licet eandem exhibente fidei doctrinam, se non oportere acquiescere, sed propriam sibi Confessionem esse scribendam.

Scripserunt autem hanc Confessionem ad manifestandam suam de Christianâ religione sententiam, ut et Regi caeterisque Magistratibus, et universo populo palam fieret, cum antiquam verae Ecclesiae Christianae doctrinam, e libris sacris petitam, haudquaquam se negare, sed probare et confiteri, tum nihil sibi cum *Anabaptistis*, aliisque hominibus seditiosis esse commune. Quod patet non modo ex ipsâ Confessione, verum etiam, et maxime quidem ex epistola, ad PHILIPPUM, Hispaniae Regem, datam, versibusque Confessioni praefixis, uti et ex adhortatione ad Magistratus factâ, et Confessioni additâ 2). Recte igitur haec fidei Confessio *Apologia* vocari potest.

Porro approbata est et accepta nostra Confessio tum ab iis Sacrorum Antistitibus, quibuscum primum communicata fuit, tum a Synodo *Antverpiensi* a. 1566 3), cui et alii, et PHILIPPUS MAR-

»nationes, interdicta matrimonii, et usus ciborum, ceremonialis certorum die-
»rum observatio, confessio auricularis, indulgentiae, ceteraeque res omnes eius-
»modi, quibus opinantur quidam se gratiam et salutem mereri. Ea vero omnia
»non tantum reiicimus, propter falsam meriti opinionem, ipsi adiunctam, sed
»etiam quoniam sunt humana commenta, et iugum ex hominum auctoritate
»conscientiis impositum.»

1) *Conf. Gall.* Art. XXVIII: — »Papisticos igitur conventus damnamus, quod pura Dei veritas ab illis exulet, in quibus etiam sacramenta fidei corrupta sunt, adulterata, falsificata, vel penitus etiam abolita, in quibus denique omnes superstitiones et idolomaniae vigent. Ac proinde arbitramur, omnes necos, qui sese eiusmodi actionibus adiungunt, et iis communicant, a Christi corpore seipso separare. Quia tamen in Papatu exigua quaedam Ecclesiae vestigia ac praesertim *Baptismi* substantia remansit» caett.

2) Cf. *Scriptt.* p. XX. a. 1—3 laud.

3) Alii, in his TRIGLANDIUS, l. l. p. 145, et SCHOECKIUS, l. l. dant 1565, sed minus recte. Vid. ENS, l. l. p. 97. TE WATER, *Tweede Eeuwget* p. 44, et ADR. GRAVEZANDE *Twee honderdj. gedachtenis v. h. eerste Syn. der Nederl. Kerken* caett. p. 84 sq. n. a. Cf. de hac Syn. in pr. TE WATER l. l. p. 52 sqq.

NIXIUS, SARAVIA 1), FRANC. IUNIUS 2) interfuerunt, quae tamen Synodus quam plurima, maxime dictionem spectantia, in primis in Art. XVI. mutanda esse censuit: quod patet e collatione editionis a. 1564 cum edd. Gallicâ a. 1566, Latinâ a. 1581 et Belgicâ a. 1582, quas typis exprimendas curavi. Attamen haec Synodus neque ipsa Confessionis subscripsisse videtur, neque ab aliis subscribendum esse decrevit 3). Deinde Synodus *Vesaliensis* a. 1568 singulos sacrorum Antistites interrogandos esse statuit, utrum doctrinae, in Confessione expositae assentiantur, subscriptionem vero nondum requisivit 4). Sed quae post illam habitae sunt Synodi, ad unam omnes vel admonendos esse s. Antistites, ut subscribant, vel subscribendum ei esse decreverunt. Ita Synodus *Emdana* a. 1571 et ipsa Confessionis subscripsit, et admonendos esse tum absentes, tum futuros Ecclesiae Belgicae Ministros ut subscribant statuit 5). Synodus vero *Prov. Dordr.* a. 1574 subscribendum esse Confessionis non modo a s. Antistitibus, sed et a *Presbyteris* et

1) Vid. *Epist. SARAVIAE* antea all. p. XII sq.

2) Ipse IUNIUS in vita a se conscripta et *Opp. Theoll.* praemissa, p. 16, 17: »Confessionem Belgicarum Ecclesiarum,» inquit, »de Synodi, quae ineunte »Maio habita fuerat, sententiâ recognitam, ad fratres Genevenses misi, ut a »se probatam excudi sinerent, si videretur utile, et institutum illud nostrum »Deo precibus commendarent.»

3) Vid. BORSIUS l. l. in *Archief* IX. p. 291, et quae in ann. 4. p. 350 recte monuisse videtur contra YPEY et DERMOUT, contrarium opinantes.

4) Vid. *Acta h. Syn.* l. p. XVIII. a. 2. In *Kerk. Hantb.* Cap. II. Art. 8. p. 14: »Daar na sal men bem afvragen of bij in alles over een komt met die »Leere, welke in de Kerke openbaarlyk wordt onderhouden, ende vervat is »in de *Belijdenisse*» caett. Cf. TE WATER l. l. p. 66—68 et 'sGRAVEZANDE, l. l. in primis p. 90 sqq.

5) Vid. *Act. h. S.* Art. 2: »Om die eendrachtigheyd in de Leere tusschen »de Nederlandsche Kercken te bewysen, heeft het den Broederen goet gedocht »de belydinge des Geloofs der Nederlandsche Kercken te onderschryven, et

Art. 4: »Men sal ook de Nederlandsche Kercken-Dienaers, die in dese versame- »linge niet en zyn, vermanen, dat sy in die selve onderschryvinge bewilligen: »'tselve sal men ook allen anderen doen, die van nu voortaan, tot den dienst »des woords beroepen sullen worden, eer sy in haren dienst treden.» *Kerk. Hantb.* p. 62, 63. Cf. TE WATER, l. l. p. 68, 69, 114, qui tamen art. 4 neglexit.

Diaconis decrevit ¹⁾: quibus Synodus *Nat. Dordr.* a. 1578 *Theologiae Professores* addidit, omissis *Diaconis*; nec diserte subscriptionem *Senioribus* iniungens ²⁾. At Synodus *Nat. Medioburg.* a. 1581 non modo iterum *Senioribus* ac *Diaconis*, sed et *Magistris ludi*, acque ac *s. Antistitibus* et *Theologiae Professoribus* subscribendum esse Confessioni decrevit: imo *caeteros* quoque *Professores* hoc decere existimavit ³⁾. Quod decretum comprobavit et vindicare studuit, statutis poenis, a refragantibus repetendis, Synodus *Nat. Hagana*, a. 1586 ⁴⁾: cuius sententia fere ad ver-

1) Vid. *Acta h. S.* Art. 14: — »de Confessie — doen onderschryven,» et Art. 32: »De Ouderlingen ende Diaconen, in haren dienst bevestight zynde, »sullen de Belydinge des Gheloofs — onderschryven.» *Kerk. Hantb.* p. 95, 103. Cf. TE WATER I. I. p. 69 et BORSIUS, I. I. p. 292 sq. et anu.

2) Vid. *Act. h. S.* Art. 53: »Om eendrachticheyd in de Leere te betuygen, »nachten wy, dat men in alle Kercken der Nederlanden de Belydenisse des »Gheloofs in den 37 Arttyckelen begrepen, ende in desen jare 1578 herdruickt, »ende den Coning Philippo over veel jaren overgelevert, onderschryven sal, »ende gelyck dit van den Dienaren des Woords ende Professoren der Theologie »ghedaen sal worden; soo waert goed, dat t' selve oock van den Ouderlingen »gheschiede.» *Kerk. Hantb.* p. 158 sq. Vid. et Art. 8. p. 141. Cf. TE WATER, I. I. p. 69—71. BORSIUS I. I. p. 293 sq. et ann.

3) Vid. *Act. h. S.* Art. 37: »De Dienaren des Woords, Ouderlingen ende »Diaconen: item de Professores Theologic (t'welck oock den anderen Profes- »soren wel betaemt) ende de School-meesters, sullen de Belydenis des Geloofs »der Nederlantsche Kercken onder-teyckenen.» *Kerk. Hantb.* p. 195. Cf. TE WATER, I. I. p. 72—79. BORSIUS, I. I. — In *Ord. Eccles. Guil.* I. a. 1583, quem cum viris dd. communicavit ROYAARDS. Coll. coniunctis.: *De Staats-Kerkorde van Willem I, Prins van Oranje, in 1583. Uit een Handschrift medegedeeld en historisch bewerkt*, in *Archief caett.* Vol. XIV. p. 305 sqq. de subscribenda Conf. ne verbum quidem occurrit. Vid. p. 340 sqq. Cf. p. 373.

4) Vid. *Act. h. S.* Art. 47: »De Dienaers des Woords: item die Professo- »ren in de Theologie (t'welck oock den anderen Professoren wel betaemt) sul- »den de Belydenisse des Geloofs der Nederlantscher Kercken onderteeckenen: »ende de Dienaers die sulcx sullen refuseren, sullen *de facto* van haren Dienst »bij den Kercken-Raed, ofte de Classe opgeschort werden, ter tydt toe sy haer »daer inne geheelicken verclaert sullen hebben: ende indien sy opstinaetlycken »in weygeringen blyven, sullen sy van hare Dienst geheelicken af-gestelt wer- »den.» et Art. 48: »Als-gelycx sullen oock de Schoolmeesters gehouden zyn, de

bum repetita est et confirmata non modo a Synodo *Prov. Medio-burg.* a. 1591 ¹⁾; verum etiam a Synodo *Nat. Dordr.* a. 1618, 1619 ²⁾; quin haec item Synodus ad exemplum, ab aliis iam Synodis, maxime a Synodo *Verensi* a. 1610 datum, subscriptionis formulas constituit amplas et definitas, quarum prima *sacrorum Antistites* ³⁾

»Artyckelen als boven, ofte in de plaetse van dien den Christelycken *Catechismus* te onderteekenen.» Cf. *TE WATER* l. l. p. 79—87. *BORSIUS*, l. l. p. 294 sq. et ann.

1) Vid. *TE WATER*, l. l. p. 116, 141. *BORSIUS*, l. l. p. 295.

2) Vid. *Act. h. S.* Art. 53, 54, *Kerk. Hantb.* p. 317 sq. Cf. *TE WATER*, l. l. p. 90—107.

3) Vid. *Post-Acta h. S.* Sess. 164: »Statutum fuit, ad testandum in Orthodoxâ doctrinâ consensum, omnes et singulos verbi divini Ministros debere subscribere Confessioni et Catechismo harum Ecclesiarum, et Canonibus seu Declarationibus huius Synodi: Atque ut perversa nonnullorum effugia in hac subscriptione praecaveantur, ut subscriptioni haec praemittatur formula, quae praelecta fuit atque approbata.

»Nos infra scripti Ministri verbi divini sortiti sub Classe N. declaramus sincere et bonâ cum conscientia coram deo, hac nostrâ subsignatione, nos corde sentire ac credere, omnes articulos et singula capita doctrinae, in hac Confessione et Catechesi Reformatarum Ecclesiarum Belgicarum comprehensae, et simul etiam Declarationem nonnullorum eiusdem doctrinae articulorum in Synodo Nationali Anno 1619 Dordrecht factam, per omnia Verbo dei consentire. Quapropter promittimus nos hanc eandem doctrinam diligenter esse tradituros, et fideliter propugnatos: neque quidquam adversus illam doctrinam publice aut privatim, directe aut indirecte docturos esse aut scripturos: uti quoque nos non tantum omnes errores, huic doctrinae contrarios, ac nominatim etiam illos, qui in praedictâ Synodo sunt condemnati, reiicere, sed etiam eosdem velle refutare, eisdem nos opponere, atque omnem dare operam, ut ab Ecclesiis arceantur. Quodsi vero posthac fortè eveniat, nos adversus hanc doctrinam aut considerationem aut sententiam diversam fovere, promittimus etiam nos eandem nec publicè nec privatim proposituros, docturos, aut defensuros, sive concionibus sive scriptis: Sed nos eandem prius Presbyterio, Classi et Synodo manifestaturos, ut ibidem examinetur; parati semper nos Iudicio Presbyterii, Classis aut Synodi subiicere volenti animo, sub poenâ, si contrarium à nobis fiat, ut ipso facto à muneribus nostris suspendamur. Sin autem Presbyterium, Classis aut Synodus aliquando propter graves suspicionum causas, ad conservandam doctrinae unitatem ac sinceritatem, postulare voluerit à nobis, ut sententiam nostram super Articulo aliquo huius

spectabat, altera *Rectores et Iudi Magistros* 1), tertia *Theologiae Professores, Regentes et Sub-Regentes Collegiorum Theologicorum* 2). *Aegrotantium Visitoribus* formulae, Rectoribus et

»Confessionis, Catechismi, aut Declarationum Synodicarum latius exponamus, »promittimus etiam simul, nos omni tempore ad praestandam hanc declarationem promptos paratosque fore, sub eadem, quae supra dicta fuit, poenâ: »servatò tamen nobis iure Appellationis, si fortè sententiâ Presbyterii, Classis, »aut Synodi gravatos nos existimaverimus: qua appellatione durante, nos sententiae, et constitutioni Synodi Provincialis acquiescemus.»

Adduntur autem haec: »Monendae erunt Ecclesiae, cum Pastores promittunt »per subscriptionem Formulae superioris, se paratos semper fore ad sententiam »suam de fidei dogmatibus, ad petitionem fratrum latius exponendam, non ita »esse intelligendum, ut ad quorumlibet libitum hoc semper facere teneantur; »ne doctores orthodoxi temerè suspecti reddantur, sed tum demum, cum iustas »dederint suspicionum causas, de quibus penes conventus Ecclesiasticos iudici- »um erit.» Vid. de hac formula BORSIUS l. 1. p. 304 sqq. et ann. 32, ubi probat, Synodum Dordracenam non *Harderovicenam*, quod statuerat Vir quidam doctus; sed *Verensem* maxime formulam secutam esse.

1) Vid. *Post-Acta*, Sess. 164: »Statutum quoque fuit, ut Rectores Scholarum et Ludimagistri omnes Confessioni, Catechesi et Declarationibus hisce »Synodicis ad testandum quoque in Reformatâ doctrinâ consensum, subscribant »sub hac formula:

»Nos infra scripti Rectores Scholarum et Ludimagistri sub Classe N. declaramus — consentire» (ad verbum fere, ut supra). »Quapropter promittimus, »nos praedictam doctrinam fideliter esse propugnaturus, et iuventuti, secundum »vocationis nostrae munus, atque illius capacitatem, diligenter inculcaturus, »sub poenâ, si contrarium a nobis fiat, ut a munere nostro Scholastico removeamur.»

2) Vid. *Post-Acta*, Sess. 175: »Formula secundum quam Professores S. Theologiae, Regentes et Sub-Regentes Collegiorum Theologicorum Confessioni, »Catechismo, et Declarationi Synodicae subscribere debent, praelecta fuit atque approbata in hunc modum:

»Nos infra scripti Professores S. Theologiae in Academiâ N. seu in Illustri »Schola N. seu nos Regens et Sub-Regens Collegii Theologici N. declaramus — »eandem prius» (ad verbum ut supra) »atque ordine Synodo Provinciali, sub »qua sortiti sumus, plenè manifestaturos, aut eiusdem Deputatis: ut sententia »illa in praedictâ Synodo plenè examinari queat: parati nos iudicio praedictae »Synodi semper ac volenti animo subiicere, sub poenâ, si contrarium a nobis »fiat, ut a Synodo debitâ censurâ notemur. Sin autem — exponamus» (ad verum fere, ut supra) »aut pressius declarem, promittimus — sententiâ»

ludi Magistris destinatae, subscribendum esse decrevit; de *Senioribus* nihil ipsa statuit, singulis Classibus et Synodis hoc relicto; *Diaconorum* nullam mentionem fecit¹⁾. Quas tamen formulas non constituit, nisi recognitâ et approbatâ Confessione. Monuerant nempe amplissimi DD. Delegati, »hanc quoque inprimis esse Illustr. »DD. Ordinum voluntatem, ut Confessio fidei Reformatarum Ecclesiarum Belgicarum ex more in Synodis Nationalibus usitato, praesentibus Theologis exteris relegeretur atque examinaretur. Utque »a singulis Synodi membris, tam Exteris, quam Provincialibus »libere declararetur, si quae in Confessione ista ab iis observata »essent, quae ad dogmata et doctrinae essentiam pertinerent, quae- »que veritati in verbo Dei revelatae, aut aliarum Reformatarum »Ecclesiarum Confessionibus minus consentanea viderentur. Quae »autem methodum aut phraseologiam spectarent, quaeque ad Regimen atque ordinem Ecclesiae pertinerent, ea postea a solis Provincialibus penitus examinatum iri. Monitum proinde fuit eo »tempore, Articulum trigesimum primum et secundum non esse »examinandum, quia in utroque de ordine Ecclesiastico, quem »exteri nonnulli a nostro diversum habent, ageretur.” Itaque »praelecti sunt omnes Confessionis hujus Articuli, rogatique sunt »singuli, ut rigide probeque iisdem examinatis, libere deinceps ac »sincere declararent, utrum in dogmatibus, Confessione ista comprehensis, quidquam observassent, quod cum verbo Dei minus »conveniret, ac proinde necessario mutandum esse judicarent²⁾.”

(ut supra) »Synodi nos gravatos — acquiescimus” (ut supra). Cui tamen formulae non omnes Theol. Proff. subscripserunt. Vid. KIST *De ondertekening der Formulieren door Hoogll. en Doctoren der Godgeleerdh., sedert de Synode v. Dordr., bijzonder aan de Hoogeschool te Leiden, in Archief IX.* p. 481 sqq.

1) Vid. *Post-Acta*, Sess. 175: »Statutum fuit, Visitatores aegrotorum eodem modo Confessioni, Catechismo et Declarationi Synodicae esse subscripturos, quo ante haec de Rectoribus et Ludi-magistris statutum fuit.

»An et qua ratione Seniores Ecclesiarum sint subscripturi, relinquatur singularum Classium et Synodorum prudentiae.”

2) Vid. *Acta Syn.* Sess. CXLIV.

Quo facto, primum »declararunt clarissimi magnae Britanniae Theologi, se Confessionem Belgicam diligenter examinasse, nihilque in ea deprehendisse, quod ad fidei quidem dogmata attineret, quod »verbo Dei non consentiret: nihil obstantibus Remonstrantium considerationibus: quas se una opera examinasse testabantur, easque »tales esse plerasque, quae in omnibus Reformatarum Ecclesiarum »Confessionibus notari possent ¹⁾.” Deinde »reliquorum tam exte- »rorum quam provincialium Theologorum de doctrina, in Confessione »comprehensa, rogata sunt iudicia: fuitque declaratum ab omnibus »et singulis, consentientibus suffragiis, iudicare se, nullum in hac »Confessione dogma contineri, quod veritati in saeris scripturis »expressae repugnaret: contra vero omnia eidem veritati et Con- »fessionibus Ecclesiarum aliarum Reformatarum consentire. Moniti »praeterea serio ab Exteris Theologis sunt Provinciales, ut in hac »orthodoxa, pia et simplici fidei confessione constanter persevera- »rent, eamque posteris intemeratam relinquerent, atque in adven- »tum Domini nostri Iesu Christi conservarent. Unanimiter quoque »declararunt Provinciales, statutum sibi esse, in hujus doctrinae »orthodoxae professione constanter perseverare, eamque in hisce »Belgicis Provinciis pure docere, sedulo propugnare atque ineor- »ruptam porro per benignitatem Dei conservare. Cui et pro ama- »bili illo in doctrina tam Externorum quam Provincialium consensu »gratias egerunt, rogaruntque Illustres Delegatos, ut Ecclesiarum »Belgicarum nomine, apud Illustriss. ac Praepotentes DD. Ordines »Generales intercedere dignarentur, ut iisdem Illustribus Dominis »placeret orthodoxam hanc doctrinam in Belgicis Ecclesiis sartam »porro ac tectam autoritate sua tueri ac stabilire” Denique »mo- »nuerunt Ecclesiarum Gallo-Belgicarum Deputati, eandem Belgi- »eam Confessionem, in Nationali Ecclesiarum Gallicarum Synodo, »quae in urbe Vitriacensi anno MDLXXXIII fuit habita, solemniter »fuisse approbatam ²⁾.” Sic igitur Confessio fidei, de qua solá hoc

1) Vid. *Acta Syn. Sess. CXLV.*

2) Vid. *Act. Syn. Sess. CXLVI*, ubi et *Acta Synodi Vitriacensis*, ad Conf. Belg. spectantia traduntur.

loco agimus, magis magisque formulae consensus vim nacta est atque auctoritatem. Neque ab Ecclesiasticis tantummodo, verum etiam ab *Ordinibus Belgii foederati* probata est et accepta ¹⁾: quod accurate tradit VOETIUS, qui ad quaestionem: »An ea a supremis »Belgii foederati potestatibus approbata et confirmata sit?» haec respondet: »Primum re ipsa, quamvis non in formâ; quando re- »formata religio cum exclusione Pontificiae, stante adhuc imperio »*Philippi*, in publica Hollandiae et Zelandiae templa atque alibi »introducta fuit. Cuius religionis formula, et elatum quasi pro- »fessionis signum in Confessione quaerendum erat; cui etiam ex »decreto Synodorum ab omnibus ministris tunc subscriptum fuisse »ignorare non poterant. Post constitutam liberam rempublicam »1581, et omnem supremam potestatem in solos ill. Ordines con- »tractam, sola religio reformata tanquam publica, et religio status »per totum foederatum Belgium, de communi foederatorum de- »creto, anno 1583 introducta fuit, etiam in omnes civitates, »sive volentes, sive nolentes vi armorum ab eo tempore ad unio- »nem reductas. Quo ipso Confessionem approbatam et publica »auctoritate munitam fuisse, ac sub illius protectione et praesidio »politico in Synodis tum nationalibus, tum particularibus, sub- »scriptionem a ministris omnibus praestandam continuatam fuisse, »nemo nisi rerum nostrarum ignarus dubitare poterit. Cum au- »tem Remonstrantes, apertum ostium heterodoxiis suis, remotione »aut mutatione istarum formularum sibi quaerent, denuo in Syn- »odo Dordracena anno 1619 ecclesiastice stabilitae sunt, et sub- »scriptio earundem sancita, et acta ecclesiastica illustr. DD. Ordd. »auctoritate confirmata. Ne autem tempus edax rerum mutationem »quam hic introduceret, ante tractationem Monasteriensem de pace »cum potenti rege Hispaniarum ineundâ, inter procliminaria ab »ill. Ordinibus religio reformata, prout ea formulis consensus »(Catechesi scil., Confessione et Canonibus de quinque articulis)

1) Subscripsisse ei ultro iam LUDOVICUM *Nassovium*, GUILIELMI *Aurangiae* Principis fratrem, *Comitem Culenburgicum*, *Comitem Bergensem* et *Domini- num DE BREDERODE*, aliosque ex proceribus, docet SCHOOCKIUS I. I. p. 521.

»in Synodo Dordrac. 1619 explicata erat, de novo stabilita ac
 »confirmata fuit. Quod iteratum et quidem modo ac more maxime
 »solenni in panegyri Hagae-Comitis anno 1651, ubi unio foedera-
 »tarum provinciarum quasi renata et resumta 1).» Disrupto vero
 vinculo, quo Reformata Ecclesia eum Republicâ iuncta erat, tota
 rerum facies immutata est. Imo ipsa Ecclesiae Reformatae Syno-
 dus nationalis a. 1816 habita, longe aliam constituit formulam,
 cui S. Min. Candidati, peractâ probatione Ecclesiasticâ, subscri-
 bere debent, confirmatam illam a Synodo a. 1831, et a Rege sancit-
 tam 2). Eadem Synodus a. 1816 alii formulae, a se constitutae,
 itidemque a Rege sancitae, subscribere *Catechetis* iniunxit 3). De

1) *Polit. Eccles.* P. III. L. I. Tract. I. Cap. V. Qu. 3. p. 33 sq. Cf.
 ENS, l. l. p. 96 sqq. et TE WATER, l. l. p. 129—162.

2) Vid. *Regl. op het examen en de toelating tot het Leeraarambt in de
 Herv. Kerk*, a. 1816. Art. 28. a. 1831. Art. 38: »De geëxamineerde zal
 »daarenboven verplicht zijn, de navolgende *verklaring* en *belofte* af te leggen
 »en met zijne onderteekening te bekrachtigen.

»Wij ondergeschreven door het provinciaal Kerk-bestuur van..... (of door
 »de Commissie tot de zaken der Waalsche Kerken) tot de openbare predik-
 »dienst in de Nederlandsche Hervormde Kerk geadmitteerd, verklaren bij deze
 »opregtelyk, dat wij de belangen, zoo van het Christendom in het algemeen,
 »als van het Nederlandsch Hervormd Kerk-genootschap in het bijzonder, door
 »leer en wandel, zorgvuldig zullen behartigen; dat wij de leer, welke over-
 »eenkomstig Gods heilig Woord, in de aangenomen formulieren van eenigheid
 »der Nederlandsche Hervormde Kerk is vervat, ter goeder trouw aannemen en
 »hartelijk gelooven, dat wij dezelve naarstig zullen leeren en handhaven, en
 »dat wij op de bevordering van godsdienstige kennis, Christelijke zeden, orde
 »en eendragt, ons met allen ijver zullen toelagen; verbindende wij ons, bij deze
 »onze handteekening, tot al het voorschrevene, en om, zoo wij bevonden
 »worden tegen eenig gedeelte van deze verklaring en belofte gehandeld te heb-
 »ben, deswege ons te zullen onderwerpen aan de uitspraken der bevoegde Ker-
 »kelijke vergaderingen.»

3) Vid. *Regl. op het Godsdienstig-onderwijs in de Nederl. Herv. Kerk*,
 Art. 22: »Niemand zal eene acte, tot het geven van godsdienstig onderwijs
 »kunnen bekomen, dan die door het Klassikaal-Moderamen, ten minste met
 »twee derden der stemmen, is goedgekeurd, en na deze *verklaring* te hebben
 »onderteekend.

»Wij ondergeteekenden, bij het Klassikaal-Bestuur van.... geëxamineerd en

Senioribus vero et *Diaconis*, uti et de *Theologiae Professoribus* nihil eiusmodi deerevit.

Quod attinet ad varias Confessionis editiones, plerique, in his TRIGLANDIUS et SCHOOCKIUS ll. ll., quos secutus est CLARISSE 1), editam illam esse dixerunt, primum Gallie a. 1562, dein Belgie a. 1563; sed hi omnes in eo errasse videntur; nam in *Historia Martyrum* Gallie scriptâ, ad a. 1561 2), uti et in *Historia Martyrum*, Belgice scripta ad a. 1562 relatum invenimus, Belgas reformatos id temporis Confessionem suam PHILIPPO Regi tradidisse et edidisse; imo vero in posteriore libro annus 1562 in ipso textu diserte commemoratur 3). Quid? quod doctiss. LE LONG usum se esse affirmat exemplari ed. Belg. a. 1562 h. t.: *Belijdenisse des Gheloofs. Ghemaeckt met een ghemeyn accoort, door de Gheoorighe, die in de Nederlanden overal verstroyt zyn, dewelcke na de suyverheyt des Heylighen Euangeliums ons Heeren Jesu Christi begheren te leven. 1 Petr. III. Syt altyts bereydt ter verantwoordinghe eenen yeghelicken die daer rekenschap begheert van der hope die in u is, Ghedrukt in den Jaer ons Heeren Jesu Christi. M D ende LXII* 4). Itaque Confessio iam a. 1561 Gallie et a. 1562 Belgie edita fuisse videtur. Has autem editiones non potui nancisci; nam *Gallica* quidem, quae habetur in Gall. *Martyrum Historia*, Gallicam a. 1566 editionem, *Belgica* vero, quae tradita est in Belg. *Martyrum Historia*, ed. Belgicam a. 1564 sequitur. Dedi igitur editionem a. 1564, cuius exemplar

»toegelaten tot het geven van Godsdienstig onderwijs, verklaren in goeden »gemoede, de leer, welke overeenkomstig Gods heilig Woord, vervat is, in »de formulieren van eenigheid der Nederlandsche Hervormde Kerk, hartelijk »te omhelzen, belovende dezelve bij ons onderwijs, getrouwelijk te zullen lee- »ren, en ons overeenkomstig het Reglement op het Godsdienstig-onderwijs, in »alles stiptelijk te zullen gedragen; ons onderwerpende aan het oordeel van »het Klassikaal-Bestuur, indier daar tegen door ons mogt gehandeld worden.»

1) *Encycl. Theol. Epit.* caett. ed. 2. p. 491.

2) *Histoire des Martyrs* caett. antea laud. fol. 533.

3) *Historie der Martell.* caett. antea laud. p. m. 557.

4) Vid. LE LONG, l. l. p. 84, 86-88, 104, 105. Cf. TE WATER, l. l. p. 48, 49.

in *Bibl. Academiae Rheno-Traiect.* asservatur, ita tamen ut eam contulerim cum ed. a. 1563, quam typis denuo exprimendam curavit *Classis Delphensis*, probante *Synodo Zuid-Hollandica*, a. 1725 1), variasque lectiones, paucissimas illas, annotaverim. Quae deinceps secutae sunt edd. a. LE LONG recensentur 2). In Synodo autem a. 1566 *Antverpiae* habitâ, Gallica nostrae Confessionis editio, quod verbo iam monuimus, recognita est et emendata, atque per FRANC. JUNIUM *Genevam* missa, ut a Theologis Genevensibus approbata, ibi ederetur: quod factum est apud Bibliopolam *Johannem Crispinum*. Nova igitur haec et emendatâ editio eodem a. 1566, primo m. *Aprilis* die tradita est MAXIMILIANO II Imperatori, in Comitibus *Augustanis*, additâ epistolâ ad illum data, et oratione *Ecclesiarum Christi*, per *Belgium* dispersarum 3): quam editionem typis describendam curavi, non ad antiquiorem scribendi Gallicum sermonem rationem, quae habetur in *Gallica Martyrum-Historia*, sed ad recentiorem, quâ *Synodus Ecclesiarum Walonicarum*, a. 1667 *Leidae* habita, eam illam iussit 4). Huius autem ed. exemplum factum est authenticum, in *Synodo Ecclesiarum Walonicarum*, d. 14 m. Sept. a. 1580 *Antverpiae* habita, chartâ membranaceâ scriptum: ad quod exemplum ms. a. 1581 Confessio in Latinum sermonem est conversa, et primum quidem in *Harmonia Confessionum* 5), deinde

1) Titulus hic est: *Bekentenisse of Belijdenisse des Geloofs der Nederl. Geref. Kercken. Mitsgaders De Heydelb. Catech. met de Schriftuur-Texten; En Eyndclyok Het oordeel van de Nat. Syn. van Dordr., over de vijf Stucken der Leere. Te Dordrecht. Gedrukt, bij Mattheus de Vries — 1725. Vid. Bericht aen den Christel. Leeser.*

2) l. l. p. 104. 105.

3) Vid. TRIGLAND. l. l. p. 146. Cf. ANTH. THYSII *Corpus doctr.* praef. p. **2 vers. et 3 p. 78—120, laud. a. LE LONG, l. l. p. 107 qui memorat Comitibus *Reginensia*.

4) Vid. haec ed. iam laud. p. XIX a. 6.

5) Prodiit haec *Harmonia Genevae* ap. *Petrum Santandream* a. 1581, sic inscripta: *Harmonia Confessionum fidei Orthodoxarum et Reformatarum Ecclesiarum, quae in praecipuis quibusque Europae Regnis, Nationibus et Provinciis, sacram Evangelii doctrinam pure profitentur: quarum catalogum et ordinem sequentes paginae indicabunt. Additae sunt ad calcem*

vero in priore *Corporis et Synt. Confess. fidei* ed. a. 1612 1) edita. Eodem anno *Synodus Nat. Medioburg.* decrevit, emendatam hanc Confessionis editionem a. 1566 iterum ex Gallico sermone in Belgicum convertere; quae versio, postquam ex decreto *Synodi Prov. Harlemensis* a. 1582 examinata erat, *Dordraci* edita est, et in *Synodo Hagana* a. 1583 praellecta et approbata 2). Haec nova versio inscripta erat: *Belijdenisse des geloofs der kercken Jesu Christi in de Nederlanden na de suyperheyt des Euan-geliums ghereformeert. 1 Pet. 3: 15. Zijt altijts bereyt ter ver-antwoordinge, eenen yegelicken, die daar rekenschyp begeert: van der hope, die in u is. Rom. 10. 10. Metter herten gelooft men ter Gerechtigheyt, maer metten monde belijt men ter Sa-licheyt. Gedrukt tot Dordrecht, Anno 1582, Oct. 3)*. Hanc editionem dedi ex ea librorum nostrorum Symbolicorum collectione, quam *Classis Delphensis* a. 1725 edendam curavit, cui eadem praefixa est *Praefatiuncula*, quam LE LONG ex ed. a. 1582 cum lectoribus suis communicavit 4). Postea multae prodierunt Confessionis editiones, quarum illa ab ANTH. HULSIO magnopere lau-

brevissimae observationes: quibus tum illustrantur obscura, tum quae in speciem pugnare inter se videri possunt, perspicue atque modestissime conciliantur: et si quae adhuc controversa manent, sincere indicantur. Quae omnia, Ecclesiarum Gallicarum et Belgicarum nomine, subjiciuntur libero et prudenti reliquarum omnium iudicio.

1) Vid. de h. ed., qua uti mihi non licuit, NIEMEYER I. I. Praef. p. VI sqq. Altera *Syntagmatis* ed., quae prodiit *Genevae* 1654, in exhibenda Conf. textum sequitur a Syn. Dordr. a. 1619 constitutum. Dat quoque *Canones Dordrac.* Titulus hic est: *Corpus et Synt. Confess. fidei, quae in diversis regnis et nationibus, Ecclesiarum nomine fuerunt authenticè editae: in celeberrimis Conventibus exhibitae, publicaque auctoritate comprobatae. Quibus annectitur, in omnibus Christianae Religionis Articulis, Catholicus Consensus, ex sententiis Veterum, qui Patres vocantur, desumptus. — Editio nova. — Genevae, sumptibus Petri Chouët. M. DC. LIV.*

2) Vid. A. THYSII *Corp. doctr.* I. I. et A. HULSII *Confession de Foy*, Praeface p. ** vers. II. a LE LONG, I. I. p. 107. — In *Actis* tamen *Syn. Mediob.* et *Quaest.* ibi motis, relatis in *Kerk. Handb.* nihil hac de re habetur.

3) Vid. LE LONG, I. I. p. 107 sq.

4) Habetur haec Praef. ap. LE LONG, I. I, p. 106, 109.

datur, quae ex decreto *Synodi Prov. Zelundicae* edita est *Medioburgi* ap. RICH. SCHILDERS a. 1611 4^o Gallicae et Belgicae 1). Tandem a. 1615 ANTH. THYSIUS *Amstelodami* ap. PETRUM PETRI *fil.* (PIETÉR PIETERSZ.) edendam illam curavit, duabus columnis exhibitam, quarum altera editionem a. 1563 refert, altera editionem a. 1582, additis cum epistola ad PHILIPPUM regem datâ et adhortatione ad Magistratus facta, tum epistola et oratione ad MAXIMILIANUM II a. 1566 habitâ. Causa, quare Confessio fidei eo tempore tam saepe typis mandata fuerit, monente LE LONG, in eo erat, quod *Remonstrantes* multas contra illam dubitationes moverent, de quibus in instante Synodo esset agendum 2).

Quaeritur autem, quam *Synodus Dordracena* a. 1619 usa sit editione, quid in constituendo Confessionis textu fecerit, et quae recensio authentica sit habenda? Novam Confessionis editionem paraverat FESTUS HOMMIUS, quae, referente NIEMEYERO 3), (*Latinam* enim hanc ed. videre mihi non contigit), prodiit *Lugduni Bat.* ex officina *Elzeviriana* a. MDCXVIII h. t.: *Specimen controversiarum Belgicarum, seu Confessio Ecclesiarum reformatarum in Belgio, cuius singulis articulis subiuncti sunt articuli discrepantes, in quibus nonnulli ecclesiarum Belgicarum doctores hodie a recepta doctrina dissentire videntur. In usum futurae Synodi nationalis, latine edidit et collegit FESTUS HOMMIUS.* Addita est in eundem usum *harmonia Synodorum Belgicarum*; quem librum in Belg. sermonem convertit IOH. à LODENSTEYN, inscriptum: *Monster van de Nederl. Verschillen, ofte Belijdenisse der Ghereform. Kercken in Nederlant. Al waer onder elcken Artijckel bijgevoecht zijn de verschillende Artijckelen, in de welke hedensdaechs sommige Leeraers der Nederl. Kercken, van de aengénome Leere schijnen te wijcken. Tot gherief van de aenstaende Nationale Synode in de Latijnsche taale t' samen ghestelt ende uytghegheven, van FESTUS HOMMIUS, Bedienaer des H.*

1) Vid. eius *Conf. de Foy*, Praef. p. ** vers. l. a. LE LONG, p. 109. Cf. et BORSIUS, *Hermannus Faulkelius* caet. in *Archief*. XV. p. 225.

2) Vid. LE LONG, l. l. p. 110. 3) *Coll. Confess.* l. Praef. p. LiV.

*Evangelii tot Leyden. Alwaer tot den selvigen eynde bygedaen is d' overeenstemminghe der Nederlantsche Synode. Alles tot waerschouwinge ende dienste, van de Ghemeynte in onse Nederduytsche Spraecke overgheset, door IOHANNES à LODENSTEYN, Dienaer des Goddelijcken woorts tot Soeterwoude. Tot Leyden, bij DAVID JANSZ. van Ilpendam. 1618. Nam in praefatione ad lectorem: »Confessionem autem,» inquit, »cum vetustissimis tum »Gallicis, tum Belgicis editionibus contuli, et si quae in posterioribus omissa reperiebantur, quae in prioribus extabant, ea uncinulis discretionis causâ inclusa passim addidi in gratiam eorum, »quibus otium non est, editiones illas diversas conferre.» Quibus haec addit NIEMEYERES l. l. »Sed utrum Synodus in constituendo »Confessionis textu vere hoc opere usus sit necne, equidem definire »non audeo, neque quae Benthemius de textus recensione a Synodo »Dordracenâ instituta refert, omni ex parte vera videntur» caett. Nos igitur paucis tradamus, quid hae de re historia nos doceat. Plaeuit Synodo ea uti editione, quae in *Harmonia Confessionum* nti et in *Corp. et Synt. Confessionum* a. 1612 invenitur; quippe quae ét Latina esset, quo sermone Synodus utebatur, exterorum maxime Theologorum causâ, ét ad exemplum ed. 1566 authentieum facta. Quod docent VOETIUS 1) et BALKANQUALLUS 2), uterque Synodi socius. Idem patet ex *Act. Synodi Nat. breviter conscript. a THEODORO HEYNGIO Seniori, ad eandem Synodum deputato, Dordraci Anno 1618 et 1619*, qui liber ms. e Bibliotheca cl. HERINGA in Academiae Rheno-Traiect. Bibliothecam venit, in quo p. 149 haec leguntur: »Deinde in manus sumpta est Confessio Belgica, et quia Exemplaria variant, visum fuit illud praelegi quod »extat in corpore sive sintagmate» (sic) »Confessionum fidei, utpote »orbi Christiano notissimum, ex quo integra Confessio Belgica a »capite ad caecem praelecta fuit.» Ad hanc igitur editionem,*

1) Vid. VOETII *Polit. Eccles.* P. III. L. I. Tr. I. p. 60.

2) in ep. ad CARLETONUM, quae habetur in *Epp. praest. vir.* Ep. 350, p. 574. ref. ENS, l. l. p. 133 et TE WATER, l. l. p. 163 sq. — In ed. harum epp. a. 1660, qua ego utor, haec ep. non invenitur.

quam iccirco typis exprimendam atque huic collectioni inserendam esse existimavi, Confessio fidei Belgica, a Synodo examinata est et approbata. Dimissis autem exteris Theologis, »statutum fuit, conferenda esse exemplaria Confessionis Belgicae Latina, Gallica et Belgica, »cum in editionibus omnibus varietas quaedam in vocibus nonnullis »reperiatur, ut in singulis hisce tribus linguis ex omnibus editionibus unum formetur exemplar; quod posthac pro authentico sit »habendum: atque in hac collatione imprimis attendendum esse »ad exemplar illud, quod in Ecclesiis Gallo-Belgicis hactenus pro »authentico fuit habitum. Huic labori destinati sunt ANTONIUS »TYSIUS, HERMANNUS FAUKELIUS, DANIEL COLONIUS, FESTUS HOMMIUS et GODEFRIDUS UDEMANNUS 1).» Qui cum opus sibi demandatum absolvissent, »editiones Gallicae et Belgicae Confessionis — »recognitae fuerunt praelectae: Belgica a D. GODEFRIDO UDEMANNO, »et Gallica a D. DANIELE COLONIO: fuitque passim ratio recognitionis ostensa 2).» Quâ praelectione absolutâ, »rogati fuerunt »singuli, ut si quid in hac recognitione omissum existiment, ad »quod sit attendendum, id ipsum indicare velint. D. Praeses »monuit, sibi relictas esse quasdam notulas Theologorum Genevensium ad Confessionem nostram, quarum ratio habita fuit. »Relicta etiam sibi esse duo monitoria, unum Theologorum Pala-

1) Vid. *Post-acta*, Sess. CLV. Cf. et VORRIUS, *Polit. Eccl.* P. III. L. I. Tr. I. Cap. VII. p. 54 sq., ubi: »Cum Praeses,» inquit, »indicasset die carnestino» (sic) »finem huic Synodo imponendum et posse aliquos deputari, qui incurarent ea quae agenda restabant: monebant multi et urgebant, ut negotium »hoc absolveretur, stante Synodo et a totâ Synodo mutationes factae aut faciendae examinarentur et determinarentur. D. Gomarus multis et serio contendebat, non esse negotium mutationum in Confessione paucis committendum, »sed in totâ Synodo peragendum: ne ex arbitrio et libitu unius forte atque »alterius, mutatio aliqua fieret, praesertim in artic. 22. ubi exemplar latinum »in Harmonia Confessionum (anno 1612. edit. Genevensis) omittit, et multa »sancta opera: quod est contra fidem omnium exemplarium, Gallicorum et »Belgicorum, etiam contra communem sententiam ecclesiarum Belgicarum, quae »statuit etiam activam Christi iustitiam nobis imputari. Idem a. D. Gomaro »urgebatur 22 Maii Sess. 170.»

2) Vid. *Post-acta*, Sess. CLXXI.

»tinorum, alterum Theologorum Hassiacorum, quae etiam praelecta fuerant. Qua occasione quaesitum fuit, an non consultum »esset, in Confessionis nostrae Articulo XXII, loco istorum verborum: *et tot sanctissimæ eius operum, quae pro nobis fecit,* »reponere vocem generalem: *obedientiâ Christi.*” Sed huic mutationi iam statim contradicebatur ¹⁾; deinde vero »decretum fuit »consentientibus omnium Collegiorum suffragiis ²⁾, in sententiâ, »Confessione Belgica et Gallica expressa, omnino esse persistendum, »neque ullo modo consultum; ut ulla in verbis Confessionis prae»dictae mutatio fiat: quam in rem gravissimæ rationes a multis »productæ fuerunt ³⁾. Ad quorundam tamen postulationem visum »fuit, ut in eodem Articulo vocibus *pro nobis* explicationis gratiâ »addantur voces *nostroque loco*. Postquam deinde reliqui suas »quoque observationes protulissent caeque omnes examinatae essent, »nonnullis adhuc communi consensu mutatis, exemplar utrumque »ita correctum in utrâque Lingua, Belgica et Gallica, approba»tum fuit: declaratumque haec sola exemplaria in posterum pro »authenticis esse habenda; eumque in finem quam primum typis »accurate esse describenda et vulganda ⁴⁾.” Quod factum: editio certe Belgica, ad exemplar authenticum Belgicum facta et Actis Synodi Belgicæ scriptis inserta est, et separatim prodiit *Dordraci* apud FRANCISCUM (FRANCOYS) BORSELAAR (al. BOSSELAAR ⁵⁾) a. 1619: in qua edenda secutus sum editionem, a Classe Delph. Dordr. a. 1725 procurata et antea a me laudata. Ad authentica illa exemplaria recognita etiam est ex Synodi decreto ⁶⁾ editio

1) Vid. *Post-acta*, Sess. CLXXII.

2) VOETIUS, I. I. p. 55: »Communibus suffragiis (exceptis duobus),” Sed p. 57: »ita ut omnium Synodaliū suffragiis, mutatio quam quis deliberationi »Synodali proposuerat, negata fuerit.”

3) Vid. *rationes Zuyd-Hollandorum* a Ioh. Latio Eccl. Leidensis seniore conscriptas, et Synodo praelectas, exhibitas a VOETIO, I. I. p. 55—57.

4) Vid. *Post-acta*, Sess. CLXXIII. De *Latina* editione nulla hic facta est mentio. Sed HEYNGIUS in *Act. Syn.* ms. antea iam laud. ad Sess. 165 (?) d. 24 Maii a. m. p. 215 hæc notavit: »ende is oock goet gevonden dat het Latynsche Exemplær daernaer oversien ende gestelt sal worden.”

5) Ita ENS, I. I. p. 137.

6) Vid. HEYNGIUS ann. 4 laud.

Latina, inserta illa Actis Synodi, Latine scriptis, et *Dordrechtii* apud IS. IO. CANINUM eiusque socios a. 1620 editis: e quibus actis eam typis describendam curavi. Hanc autem interpretationem Latinam integram dare debui, quoniam nimis recedit a versione, quae in *Harmonia Confessionum* exhibetur. *Belgica* vero editio tam convenit cum editione a. 1582, ut quae a Synodo Dordr. mutata sunt, tantummodo annotanda esse existimaverim: quod valet itidem de *Gallica* editione, in qua exhibenda secutus sum editionem, ex decreto Synodi Eclesiarum Walonicarum a. 1667 procuratam, et antea a me laudatam.

Inscriptiones, singulorum Articulorum argumentum indicantes, non dedi, quoniam non habentur in ed. 1564: unde patet, errasse TE WATERUM, contrarium affirmantem, quem tamen errorem ipse emendavit 1). Adiectae autem sunt a Synodo *Medioburgensi* a. 1581, atque adeo in ed. a. 1582 exhibitae 2). Sed commodius mihi visum est in *Ordine et Argumento* huius Collectionis eas referre. Locos, e libris s. ad singulorum Articulorum argumentum comprobandum adductos, dedi, sicuti eos in edd. 1564 et 1582 inveni, ita tamen ut manifestos typographorum errores aut indicaverim, aut etiam emendaverim 3). Neque omittendas esse duxi tum *litteras ad PHILIPPUM regem* datas, tum *adhortationem ad Magistratus*, (scriptas illas sine dubio a G. DE BRÈS eiusque sociis), quippe quae et in ed. a. 1564, a me exhibitâ, inveniantur, et perdignae sint, ut iterum iterumque legantur. Adiecissem etiam *epistolam ad MAXIMILIANUM II.* et *Orationem ad eum d. in Comitibus Augustanis* habitam; sed neque THYSII *Corpus doctrinae*, neque editionem Confessionis Delph. a. 1735, ubi illae, referente TE WATERO 4) habentur, nancisei potui.

1) *Tweede Eeuwget.* caett. p. 214, coll. p. 216.

2) Vid. *Praefatiuncula* huic ed. praef. et communicata a LE LONG I. I. p. 107—109.

3) Cf. de II. e Col. s. all. et Conf. adi. (de textibus) TE WATER, I. I. p. 217 sq.

4) Vid. TE WATER I. I. p. 218 sqq. ubi et de hisce scriptis et de illorum auctoribus agit.

Interpretati sunt Confessionem triumviri doctissimi, quorum primus, referente B. BEKKERO ¹⁾, fuit HENRICUS ALTING, Theol. Prof. primum *Heidelbergae*, unde missus fuit ad Synodum Nat. Dordr. a. 1618, 1619, deinde *Groningae*, cuius tamen explicatio nunquam typis expressa, deperdita esse videtur: alter SAM. MARESIUS, itidem Theol. Prof. ultimum *Groningae*, qui librum de Confessione, Latine scriptum, a. 1652 edidit, h. t. insignitum: *Foederatum Belgium Orthodoxum* ²⁾; tertius denique BALTASAR BEKKER ³⁾, qui ipsam Confessionem presse sequitur, singulos articulos singulaque dicta copiose explicans, suaeque explicationi collationem editionum Belgicarum a. 1563, 1582 et 1619 praemisit ⁴⁾.

Denique de pretio, quod Confessioni nostrae statuendum sit, verbo monendum est; nam fuse de illo exponere non est huius

1) BALT. BEKKER, *De Leere der Gereform. Kerken van de vrye Nederlanden, begrepen in derselver Geloofsbelijdenisse: van woord tot woord verklaard, en tot gebruik na eisch van saken toegepast, in 39 Predikationen*, caett. t'Amsterd. 1696. Praef. p. 2, ubi de Confessionis interpretibus agens: »De neerste is,» inquit, »Henricus Alting: wiens beknopte Uitlegginge over de »Belydenis der Nederlandsche Kerken nooit gedrukt, maar van my self in »myne jeugd gelezen, en geheel eens uitgeschreven is, ten dienste van desselven Soon, als doen Professor in 't Hebreewsch.»

2) Vid. BEKKER, l. l.

3) Vid. tit. ann. 1 laud. Ipse praeter alia Praef. p. 2, 3 de l. suo scribit: »den Heer Alting volgende, — so houd ik my seer naaw aan d' eigene woorden, schikkinge en redeneeringe van dit vermaarde Formulier: om te betoonen, dat ik niets en schrome, daar ik mij niet rondelik op soude willen en »vermogen te verklaren; en ook, om so den reghten sin daar van tot op den »grond te peilen, en den Leser naakt en klaar te doen besien. Daarmede hope »ik dan ook anderen te doen verstaan, wat de Belydenis, het oudste Formulier van onse Kerken, en dat nederlandscher herkomst is, in waarheid leert: »op dat sy, als 'er over iemants leere iets te doen valt, daar niet mis aan »tasten, om hem strydigheden tegen de Belydenisse aan te wysen,» caett.

4) Cf. de his Conf. interpp. TE WATER, l. l. p. 165—174, qui p. 174—176 commemorat etiam ARNOLDI ROTTERDAM S. Ant. interpretationem Conf. ed. a. 1755 et 1758. Addi potest D. MOLENAAR, *De Formulieren van eenheid, bij de Herv. Kerk in Nederland gebruikelijk*, Amst. 1837.

loci: quippe quo singulorum Articulorum argumentum, doctrinae expositio, eiusdem probatio rerumque ordo perpendi et examinari non possint. Alii summis eam celebrarunt laudibus, ita ut et in sermonem *Germanicum* et in *Græcum* conversa fuerit 1); alii contra parvi illam fecerunt, saltem haud pauca in illâ reprehendenda esse existimarunt 2). Itaque haec tantummodo hoc loco observamus: *primum* profitetur et urget nostra Confessio ubique duplex, quod Protestantium est et manere debet, principium; nam *Scripturam s. Dei voluntatem perfecte complecti et quodcumque ab hominibus, ut salutem consequantur, credi necesse est, in illâ sufficienter edoceri, nullaque hominum, quantavis sanctitate praedictorum, scripta, neque Concilia, decreta, aut statuta cum divinis Scripturis comparari posse* diserte contendit Art. VII; singula placita dictis e libris sacris allatis probare studet: imo CHRISTUM unicum nostrum Magistrum profitetur, Art. XXXII. declaratque, nos fide Jesu Christo habitâ coram Deo gratis iustificari, eam tamen fidem intelligens, quae in Scriptura dicitur *fides per charitatem efficax*, quippe quae inducat hominem, *ut illis operibus, quae Deus verbo suo praecepit, sese exercent*, Art. XXIII, XXIV. *Deinde* fides, quae in nostra Confessione loquitur, non est tantummodo certa mentis persuasio, sed et sincera animi assensio. Hanc ubique suspicimus inde a primis Art. I verbis: *corde credimus*, usque ad postrema Articuli *ultimi* verba: *Magnum ergo illum diem maximo desiderio expectamus, ut promissis Dei in Christo Domino nostro, plene perfruamur*, ita ut sponte nobis legentibus *Paulinum* illud succurrat: *ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν*. Porro magna ubique regnat simplicitas et modestia, quâ Auctores et eandem sententiam suam enunciant, et vero etiam non dubitant fateri, se nolle curiose et supra captum suum in oeculta Dei iudicia inquirere; sufficere sibi, ut CHRISTI discipulis, ea duntaxat discere, quae ipse verbo

1) Vid. quos laudat TE WATER, l. l. p. 163—190, et quae ipse monuit, p. 191 sqq. in pr. p. 209 sqq.

2) Vid. TE WATER, l. l. p. 225 sqq. et MORSIUS, l. l. p. 311 sqq.

suo nos docet Art. XIII. *Denique* nusquam in secus sentientes acriter invehuntur, errores tantummodo reiicientes, minime vero ipsos errantes condemnantes. — Cacterum quis negat, Confessionem nostram esse opus humanum, atque adeo imperfectum? »Neque enim,» quod ait ipse VOETIUS, »cum publicis ecclesiarum »conscriptis confessionibus simpliciter ἀσύστατα haberi debent vulgata illa effata: *Nihil simul inchoatum et perfectum, et δεύτεραι φροντίδες σοφωτέραι*»¹⁾.

SYMBOLA,

IN CONFESS. BELG. ART. IX LAUDATA ET ACCEPTA.

I.

SYMBOLUM APOSTOLORUM.

Symboli Apostolici illam tantum formulam dandam esse existimavi, quam exhibet *Catechesis Heidelb.* Quaest. 23; nam haec in nostrae Confessionis art. I. significatur. Descripsit eam e *Psalterio Graeco Papae Gregorii*, quod in Benedictini apud Cantabrigienses Collegii bibliotheca reconditum dicitur, USSERIUS²⁾, e quo illam sumserunt FABRICIUS³⁾, WALCHIUS⁴⁾ et HAHNIUS⁵⁾. Graccam eius versionem itidem e ms. laud. USSERIUS, atque ex eo viri docti modo II. dederunt⁶⁾. Lectiones variantes, ex WALCHII *Biblioth.* sumtas, adieci.

1) *Polit. Eccl.* I. I. p. 52. Cf. et SARAVIAE, unius ex Conf. auctoribus ep. antea laud.

2) IACOBI USSERII *Diatrise de Romanae eccles. Symb. apostol. vetere* caett. Oxon. 1660. 4 laud. a c. G. F. WALCHIO in *Biblioth. Symbol. vet.* caett. Lemgov. 1770, p. 44. al. et AUG. HAHN, in *Bibliothek der Symbole u. Glaubensregeln d. Apost. Kathol. Kirche*, Bresl. 1842. p. 5.

3) IO. ALB. FABRICIUS in *Cod. apocr. N. T. P.* III. p. 363.

4) I. I. non p. 56 et 62, quod scripsit HAHN., sed p. 58 et 61.

5) I. I. p. 10 sq.

6) Graeca haec est: *Πιστεύω εἰς Θεὸν πατέρα παντοκράτορα,*

Quaeritur autem de huius Symboli auctoribus. Conditum illud fuisse ab Apostolis ad unum omnes fere olim crediderunt: imo in duodecim articulos illud diviserunt, contendentes Apostolos ad condendum illud suum quemque contulisse articulum. Quid? quod PSEUDO-AUGUSTINUS diserte dicit, quid a singulis Apostolis sit profectum 1). In eo tamen dissentiant, utrum Apostoli sui causa hoc Symbolum condiderint, ne scilicet diversa docentes, alii ab aliis alienis fierent animis, an Ecclesiae causa, quo certam haec haberet formulam, quam baptizandis exponeret. Prius censuit RUFINUS; posterius alii. Scriptores vero *Catechismi Romani*, adeoque ipsa Ecclesia Romano-Catholica utrumque iunxisse videtur 2). Sed nostro tempore inter viros doctos fere constat, hoc Symbolum Apostolis esse denegandum. Quod primus iam vidit et palam fateri ausus est Sec. XV LAUR. VALLA 3). Deinde ERAS-

ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς. Καὶ Ἰησοῦν Χριστὸν, υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν κύριον ἡμῶν, τὸν συλληφθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, παθόντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, σταυρωθέντα, θανόντα καὶ ταφέντα, κατελθόντα εἰς τὰ κατώτατα, (WALCH. κατωτα) τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἀπὸ τῶν νεκρῶν, ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ Θεοῦ (Θεοῦ Walch. om.) πατρὸς παντοδυνάμου, ἐκεῖθεν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Πιστεύω εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἁγίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν, ἁγίων κοινωνίαν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, σαρκὸς ἀνάστασιν, ζωὴν αἰώνιον. Ἀμήν.

1) in *Sermm. de tempore*, in *Append. tom. V. Opp. AUGUSTINI*, contin. *Sermones supposititios*, *Sermm. CCXL et CCXLI. pag. 2971 sqq. ed. Paris. alt. Paris. MDCCCXXXVIII.*

2) Vid. *Catech. Rom. P. I. C. I. Qu. II*: »Quae igitur primum Christiani »homines tenere debent, illa sunt, quae fidei duces doctoresque, sancti Apo- »stoli, divino Spiritu afflati, duodecim Symboli articulis distinxerunt. Nam »cum mandatum a Domino accepissent, ut pro ipso legatione fungentes, in »universum mundum proficiscerentur, atque omni creaturae Evangelium prae- »dicarent, Christianae fidei formulam componendam censuerunt, ut scilicet id »ipsum omnes sentirent ac dicerent, neque ulla essent inter eos schismata, »quos ad fidei unitatem vocassent, sed essent perfecti in eodem sensu et in »eadem sententia.»

3) Cf. IES. WILDSCHUT in *Comm. de LAUR. VALLAE vita et scriptis*, C. V. Sect. I. et W. F. THIENEMANN, *Das apostol. Symbolum nach seiner Be-*

MUS 1); tum alii quam plurimi, in his GER. JO. VOSSIUS 2); denique nuperrime THIENEMANNUS 3), qui otium nobis fecit omnes commemorandi. Sunt quidem etiamnum nonnulli, qui authenticam huius Symboli studeant vindicare, in his 4) Dr. RUDELBACH 5), quem tamen copiose et accurate refutavit laud. modo THIENEMANNUS. Et recte quidem; nam neque argumenta, quae ad probandam Apostolicam eius originem afferri solent, alieuius sunt pretii, et multa sunt, quibus authenticam eius impugnari posse videatur. Scilicet provocant *primum* ad ipsam *Symboli Apostolici* appellationem. Sed si vel largiamur, quod minime concedendum est 6), *σύμβολον collationem* significare, exinde tamen non sequitur, illud a pluribus esse conditum; nam dici sic potuit, utpote e pluribus, diversis nempe Scripturae sacrae locis, vel variis religionis Capitibus collectum: quomodo ATHANASII formula *Symboli* nomine vocata est, licet illi soli adscriberetur. *Apostolicum* autem dici potuit, quia doctrinam exhibet Apostolorum, in compendium redactam. *Alterum* argumentum ducunt e traditione à Patribus acceptâ, quibus summa hac in causa tribuenda sit auctoritas. Sed nemo ante RUFINUM Symboli ab ipsis Apostolis conditi mentionem fecit. Quid? quod ipse RUFINUS, qui primus tradidisse maiores scripsit, profectum illud esse ab Apostolis, haudquaquam id pro certo habuit, sed plurimum tantummodo secutus est opini-

deutung, seinem Ursprunge, seiner Zusammensetzung und seinem Werthe aus den Quellen caett. Leipz. 1846. p. 14 sqq.

1) Vid. II. a VOSSIO l. mox laud. p. 6 et a THIENEMANN p. 17 sq. all.

2) GER. IO. VOSSII *Dissert. tres de tribus Symbolis Apost., Athanas., et Constantinopol.* Ed. 2. Amstel. 1662. p. 2 sqq.

3) l. pag. praeced. ann. 3 laud. p. 14 sqq.

4) Ita et ANON. quidam in diario: *Evangel. Kirchenzeit.* pro Symboli Apost. authenticam pugnavit, oppugnavit a DAV. SCHULZ, cui iterum sese opposuit ANON. ille in l. inscripto: GOTTHOLD EPHRAÏM LESSING, *über das apostolische Glaubensbekenntniss gegen DAVID SCHULZ.* Berlin 1839, quod docuit me RÖHR in *Krit. Pred. Bibl.* 1842. I. p. 34 sqq.

5) Dr. RUDELBACH *Ueber die Bedeutung des Apostol. Symbolums* caett. Leipz. 1844. refutat. a THIENEMANN l. l.

6) Vid. de v. *σύμβολον* significatione VOSSII, l. l. p. 6 sqq. SUICKRI *Theol. Eccles.* in v. et CLARISSE *Encycl. Theol.* ed. 2. p. 482.

onem 1). Ab altera vero parte haud pauca, eaque gravissima afferuntur argumenta, quae omnino valere vidcantur ad authentiam eius impugnandam. Monent enim *primum*: si Apostoli hoc Symbolum condidissent, neque ipsi in sermonibus suis et epistolis, nec LUCAS in *Actis* tanti rem momenti silentio praeteriissent. *Deinde* nullus ex Historiae Eccles. Scriptoribus ante RUFINUM, atque adco ante Sec. 4 huius Symboli mentionem iniecit: quod factum fuisset sine dubio ab iis, qui tam studiose et Synodorum et Anti-Synodorum et Conciliorum, quae componere partes studerent, Confessiones scriberent. *Porro*, si ab Apostolis conditum esset hoc Symbolum, omnibus quoque per totum terrarum orbem Ecclesiis traditum fuisset. Quod si factum esset, numquam Patribus in mentem venisset tot Symbola ac Confessiones cudere, quae perfectione multum cederent *Symbolo*, quod Apostolorum vocatur. *Tandem*, si Symbolum ita esset ab Apostolis compositum atque Ecclesiae Catholicae traditum, ut nunc se habet, circa annum quadringentesimum neque diversa pro diversis Ecclesiis Symbola fuissent, neque hoc ipsum Symbolum in aliis Ecclesiis, aliis verbis, pluribusve vel paucioribus sententiis constitisset 2). *Denique* si illud, utpote ab ipsis Apostolis conscriptum, auctoritate Apostolica gavisum fuisset, Catholici certissime ad illud provocassent, ut haereticorum errores profligarent 3). Nullum igitur dubium est, quin illud Apostolis auctoribus sit deneigandum. Iam vero quaeritur, a quibusnam fuerit conditum? Ad quam quaestionem VOSSIUS, adductis rationibus gravissimis, respondet, conditum illud esse a Romanae Ecclesiae Episcopis et Presbyteris 4). Quod ut viro cl. facile concedimus, ratione habita *Symboli*, quale nunc se

1) Vid. VOSSIUS l. l. p. 6 sqq.

2) Diversa Symbola, quae in monumentis Patrum seculi II et III supersunt, uti et diversas Symboli Apostolici formulas collectas vid. a WALCHIO et HAHNIO in *Biblioth.* II.

3) Vid. in pr. VOSSIUS, l. l. p. 21 sqq. KÖLLNER, *Symbolik*, I. p. 9 sqq. et THIENEMANN, l. l. p. 25—27.

4) Vid. eius l. l. p. 21 sqq. VOSSIUM ad verbum secutus est SUICERUS in *Thes. Eccles.* in γ. *σύμβολον*.

habet, ita simul negandum est, totum hocce Symbolum ab illis esse confectum; nam in multis convenit cum *veteri* illo Symbolo, quo, monente ipso VOSSIO ¹⁾, Ecclesia Orientalis utebatur, ita ut utrumque ex eodem fonte fluxisse videatur. Itaque sic statuendum est, primis quidem temporibus simplicem fuisse fidei professionem, quâ qui sacra lavatione tingebantur, πιστεύειν se dicebant εἰς τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα; deinde vero hanc formulam, maxime ob varios errores, pedetentim adauctam esse, et varie quidem in variis Ecclesiis; Romanam autem Ecclesiam illud; quo nos iam utimur, condidisse Symbolum ²⁾.

Quod attinet ad *auctoritatem* huius Symboli, de illa recte statuere mihi quidem videtur WITSIUS ³⁾: »I. Merito huic Symbolo »maiolem auctoritatem tribui, quam reliquis quae exstant omnibus, quia et sententiis plenum, et verbis perspicuum, et ordine »concinnum est: et tam generaliter in Christianismo nunc receptum, ut pro Christiano haberi non debeat, qui id proterve reiecerit. II. Quia et quoad sententiam cum S. Scriptura exacte »convenit, et verbis Scripturae plerumque, paucissimis vocabulis »exceptis, expressum est; ut materialiter divinum et authenticum »dicatur, non repugnamus. III. Quoad formam tamen et singulorum articulorum dispositionem, scriptum cre humanum est: »quod per se non obligat ad fidem, sed quia ex Scriptura Canonica desumptum est, et cum ea per omnia convenit. IV. Non »ferimus ergo, ut formaliter pro authentico habeatur, non minus »quam verbum Dei scriptum, quod contendunt Pontificii; aut *fere* »authenticum, quomodo nonnulli ex nostris minus caute locuti

1) Vid. l. l. p. 32 sq.

2) Vid. KÖLLNER, l. l. p. 14 sqq. THIENEMANN, l. l. p. 27 sqq. et quos laudant. — De adaucto pedetentim Symb. eff. et hic, p. 32 sqq. et in pr. ille, p. 20 sq. nec non qui ante eos de *Symb. Apost.* scripserunt, in pr. VOETIUS, de *Symb. Apostol.* in *sel. Disputt.* P. I. p. 64 sqq. VOSSIUS, l. l. p. 24 sqq. WITSIUS *Exerc. in Symb. quod Apostolorum dicitur*, p. 6, 7 et *Exercit.* XVIII. p. 245 sqq. KIST in: К. et R. *Arohief cactt.* Vol. I. p. 97: a. 21.

3) l. l. p. 7.

»sunt: quia auctoritas divina, quum non nisi summa sit, gradus non habet. Si ab Apostolis, a Spiritu Dei actis, prolatum est, non *fere*, sed *vere* est authenticum. Si non est prolatum ab Apostolis, vel Apostolicis viris, infallibilis Spiritus instinctu, uti non esse probatum supra dedimus; neque *vere*, neque *fere* est authenticum. Nullum intermedium, aut *quasi*, hic potest habere locum” 1). — Quod si quaeris de pretio, huic Symbolo statuendo. respondemus *primum* primaevae Christianorum fidei simplicitatem illud nobis ante oculos ponere: quam utinam per omne deinceps aevum sectati fuissent Christiani, Biblicam illam, et magnam partem historicam. *Deinde* magnus eius usus est in simplicioribus crudiendis: quem in usum olim fere semper in Catechesi adhibitum est. *Denique* hoc ipsum Symbolum aliquando conferre potest, ad omnes omnino Christianos arctiori vinculo coniungendos 2).

II.

SYMBOLUM NICAENUM. S. POTIUS NICAENO-CONSTANTINOPOLITANUM.

Symbolum Nicaenum, cuius mentionem facit nostra Confessio, si accurate loqui velis, dicendum est *Symbolum Constantinopolitanum*, sive *Nicaeno-Constantinopolitanum*. *Illud* condidit Concilium, a. 325 *Nicaeae*, hoc Concilium a. 381 *Constantinopoli* habitum. Prius **ARIUM**, posterius **ARIUM**, **MACEDONIUM** et **APOLLINAREM** spectabat. Utrumque vero pro uno Symbolo habebatur, et *Constantinopolitanum*, licet a *Nicaeno* in nonnullis diversum, hoc tamen nomine indicari solebat 3). Cuius rei duae causae

1) Cf. et VOETIUS *Disput.* I. p. 67 sqq.

2) Scriptores de Symb. Apost. laudd. vid. a CLARISSE. *Encycl. Theol.* § 90. p. 484 sq. ed. 2, KÖLLNERO *Symbolik*, I. p. 6—28. qui de pretio huius Symboli exponit, p. 21 sqq. et HASIO *Libr. Symb. Eccl. Evang.* Prolegg. p. I. Add. THIENEMANN, a. me all.

3) Vid. II. e *Mag. Sententt.* ALEX. ALESIO, aliisque all. a VOSSIO, I. I. Dissert. tertiae § IV, V. p. 60, 61 quem ad verbum fere secutus est SUICERUS in *Symb. Niceno-Constantinop. expos. et ex antiquit. Eccles. illustr.* Trai. ad Rh. 1718. p. 15. Cf. et WALCH. I. I. p. 95, 103.

fuerunt, quarum altera cernebatur in utriusque Symboli convenientia; nam, quod vere monet VOSSIUS; »quicquid est in Niceno, »id continetur iisdem verbis in Constantinopolitano, et quicquid »apposuit Constantinopolitanum, id *δυνάμει*, h. c. *potentiâ*, sive »*virtute*, insit in Niceno, ac maioris solum claritatis causa postea adiunctum sit;” 1) altera in maiori Nicaenae Synodi auctoritate, »ut quae,” quod idem VOSSIUS observat, »omnium esset »universalium antiquissima, et caeterarum fundamentum. Cuius »etiam Symbolum in usu esset frequentiori” 2). Adde, Concilio *Nicaeno* interfuisse Patres trecentos et duodeviginti, centum et quinquaginta tantum Constantinopolitano.

Formula *Graeca*, quam dedi, descripta est ex MANSII *Collecti- one* 3), e qua WALCHIUS quoque et HAHNIUS eam sumserunt, ita tamen ut ille nonnulla in describendo commiserit vitia, quorum hic unum tantummodo indicavit. Nam MANSI dedit: *τῆ τρίτῃ ἡμέρᾳ*, WALCH.: *ἐν τῇ τ. ἡμ.*; ille: *εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*, hic *εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα*, quod HAHNIUS quoque animadvertit 4); ille *βάπτισμα*, hic *βαπτισμον*. Notavi etiam ea, in quibus Symbolum *Nicaenum* a *Constantinopolitano* differt, institutâ inter utrumque collatione. *Latinam* versionem, factam illam ad verbum, descripsi e SUICERI libro 5). Alias *Versiones Latinas veteres* dederunt WALCH. 6) et BAHN 7). HASIUS exhibuit formulam *Romanam* 8), quae, quod recte WALCH. observat, non solum a Graeco textu, sed etiam a vetustissimis Latinis interpretationibus discedit. Habet enim pro plur. *πιστεύομεν*, *ὁμολογοῦμεν* et *προσδοκῶμεν*, Singg.: *Credo*, *confiteor*, *expecto*, fortasse ad

1) Vid. VOSSIUS, l. l. § VI. p. 61, eumque secutus SUICERUS, l. l. p. 16.

2) Vid. VOSSIUS, l. l. § VII. p. 62, eumque secutus SUICERUS, l. l.

3) IO. DOM. MANSI *Sacrorum Concill. nova et amplissima collectio*, caett. Florent. 1759 sqq. Vol. III. p. 565.

4) Vid. *Bibliothek* l. p. 111. a. 3. 5) l. l. pag. praeced. a. 3. p. 17 sq.

6) l. l. p. 94—104. 7) l. l. p. 112—116.

8) l. l. p. 1, 2. Attamen Rom. exhibet: *in coelum*, Has.: *ad coelos*; Rom.: *cum gloria*, Has.: *in gloria*; Rom.: *conglorificatur*, Has.: *glorificatur*. Vid. *Canones et Decreta Conc. Trident. Sess. III.*

exemplum Symboli Apost.; pro τὸν ἐκ πατρὸς caet. ET ex Patre (quod WALCH. neglexit), pro καὶ Μαρίας, ex Maria; pro τὸ ζῶσποιόν, ET vivificantem (quod tamen in uno exemplari Graeco, ipso WALCHIO referente ¹), invenitur); pro εἰς μίαν ET unam; additque ante φῶς ἐκ φωτός, Deum de Deo (non Deum Deo, quod vitiose scripsit WALCH.) et post ἐκ τοῦ Πατρὸς, Filioque: de quo postremo additamento verbo monere restat. Errant certo, qui contendunt, Patres Constantinopolitanos iam scripsisse τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον; Graecos vero illud καὶ τοῦ Υἱοῦ postea delevisse. Nam Concilium Aquisgranense, a. 809 habitum, nondum a LEONE III. impetrare potuit, ut illud Filioque Symbolo Constantinopolitano inscrueretur. Acceptum esse videtur primum in Hispania, deinde in Gallia, Germania et Italia. Quo autem tempore admissum fuerit et Symbolo insertum a Romanâ Ecclesiâ, incertum est. VOSSIUS, refutatis aliorum sententiis, putat, factum illud esse a SERGIO III. a. 909 ²).

CALVINUM admodum maligne de Symbolo Nicaeno sensisse, Patres Nicaenos fanaticos appellasse, — S. Nicaenum battologias arguisse, — carmen cantillando magis aptum, quam Confessionis formulam dixisse in diss. de vera Ecclesiae Reformatione p. 480 affirmat KÖLLNERUS ³); sed in ed.; qua ego utor, Amstelodamensi, nihil quicquam eiusmodi legitur neque in ipsa illa dissert., neque in Append. libelli de vera Ecclesiae reforman-

1) l. l. p. 94.

2) Vid. VOSSIUS, l. l. §§ XV sqq. p. 66 sqq., qui exponit quoque de schismate hinc exorto inter Ecclesiam Graecam et Romanam, §§ XLIII sqq. p. 90 sqq. Cf. et WALCH. l. l. p. 95 et quam laudat patris sui *histor. controvers. de process. Spirit. S.* p. 11 sqq. — Caeterum Scriptores de hoc Symb. II. vid. a CLARISSE, l. l. p. 485. a. 4, 5. Add. KÖLLNER, *Symbolik* I. p. 28—52. H. I. VOGELSANG, *Fides Nicaena de Filio Dei*, Colon. 1829 (de quo l. cf. THOLUCK *Liter. Anz.* 1830. No. 49, 51, 52) et L. M. EISENSCHMID, *Über die Unfehlbarkeit des 1 allg. Concils zu Nicaea*, Neust. a. d. Orla. 1830. (leg. THOLUCK l. l. 1831 p. 436—440, et *Hall. Lit. Zeit.* 1832. II. 245—247. 1834. III. 200),

3) l. l. I. p. 48 et a. 30 p. 51.

dae ratione. In huius autem Appendicis initio monet CALVINUS, *libellum suum fuisse rursus in Germania excusum, corruptum et mutilum* 1). Itaque KÖLLNERUS fortasse corrupto hoc et mutilo Germanico exemplari usus est.

III.

SYMBOLUM Q. D. ATHANASII.

Symbolum, quod ATHANASII dicitur, summo huic viro falso tributum esse inter omnes constat. Sunt autem argumenta, quae afferri solent ad impugnandam eius authenticam, partim *externa*, partim *interna*. Externa haec sunt: 1. Abest fere ab ATHANASII Codicibus mss., vel saltem contra quam aliis in operibus eius fit, eius nomen non praefigitur: imo in uno Codice diserte cuidam BONIFACIO adscribitur 2), quod factum non fuisset, si vulgo ATHANASIO tributum fuisset. 2. Multi Scriptorum Sec. XI diserte aiunt Symbolum *Quicumque* a quibusdam tantum ATHANASIO adscribi. 3. A nomine Scriptorum, qui ante Sec. VII floruerunt, commemoratur 3). 4. Si ATHANASIUS illud scripsisset, ipse certo eius meminisset in historia, quam epistolis de fuga sua, aliisque Apologiis pertexuit. 5. Si ab Athanasio conditum fuisset eique adscriptum, neque tam diu Ecclesiae ignotum fuisset, et Latini sine dubio hoc viri scriptum ad refutandos Graecos adhibuissent, cuius summa erat apud Orientales auctoritas. Interna argumenta haec sunt: 1. Latine scriptum esse videtur hoc Symbolum atque in Graecum sermonem conversum; nam Codices Latini unum fere eundemque textum exhibent, Graecae vero formulae multum variant, quod unde potius factum esse dicamus, quam quia a variis Graecae sit translatum; deinde nulla Graecae dictionis vestigia in eo habentur, quae certo obtinuissent, si in Latinum sermonem conversum

1) Vid. CALVINI *Opp.* ed. Amstelod. MDCLXVII. t. VIII. p. 272—303.

2) Vid. Codex ille laud. a. Scriptore (MONTEFALCONIO) *Diatr. in Symbolum: Quicumque*, adi. ATHANASII *Opp.* ed. Benedict. Paris M. DC. XCVIII. Tom II. pag. 722.

3) Cf. tamen KÖLLNER *Symbolik*. I. p. 78.

fuisset. Iam vero ATHANASIUS non Latine, sed Graece illud sine dubio condidisset. 2. Insunt huic Symbolo nonnulla, lites *Nestorianas* et *Eutychianas* spectantia¹⁾; sed hae lites sec. demum V, adeoque post ATHANASIUM agitatae fuerunt. »Nec est, quod »reponatur, eam totam partem Symboli, quae Incarnationem Domini »respicit, non nisi post illas exortas haereses Symbolo fuisse adie- »ctam: nam id gratis omnino dicitur, cum in omnibus qui ha- »ctenus visi sunt codicibus integrum exstet Symbolum, ut hodieque »recitatur:» quod MONTEFALCONIUS recte animadvertit²⁾. 3. Haudquaquam verisimile est, scripsisse ATHANASIUM, Spiritum s. a Patre *et Filio* procedere, quod habetur in art. 22. 4. Denique, quod idem MONTEFALCONIUS acute monet, »si huiusmodi Symbolum »adornasset Athanasius, numquam erat omissurus consubstantialis »vocem, cujus causâ toto vitae suae curriculo concertavit, tantis- »que periculis perfunctus est³⁾.» — Quo autem tempore et a quonam fuerit conditum, incertum est. VOSSIUS maxime inclinatur in PITHOËI sententiam, qui statuit illud a Theologo Gallo esse conscriptum⁴⁾. Ita et MONTEFALCONIUS: »Cum ex allatis,» inquit, »supra testimoniis videatur in Galliis primum celebrari coepisse »hoc Symbolum, haud abs re coniectant eruditi viri, in Galliis »illud fuisse elucubraturum⁵⁾.» Addit autem VOSSIUS, l. l. »videri »etiam posse hominis Hispani; quando circa eadem tempora» (PIPINI vel CAROLI *m.*) »haec quaestio» (de processione Spiritus s.) »in Hispaniis agitabatur.»

Formula, a me exhibita, descripta est ex WALCHII *Bibliotheca*⁶⁾, additis nonnullis lectt. var.; quae tamen formula in nonnullis differt tum ab ea, quae ATHANASII operibus adiecta est⁷⁾, tum ab ea,

1) Cf. tamen KÖLLNER, l. l. p. 88 sqq.

2) In *Diatr.* laud. p. 722, 723.

3) l. l. p. 723. Cf. in pr. KÖLLNER l. l. I. p. 68 sqq.

4) VOSSIUS, l. l. Dissert. II. § XXIV. p. 58. 5) in *Diatr.* l. p. 726.

6) p. 156—159, ubi tamen legitur: V. *Alia est enim* caett. pro quo, nescio quo calami vitio, dedi: 5. *Alia enim est* caett.

7) l. l. p. 728 sq. ubi habetur 6. pro *aequalis maiestas: et coaeterna Majestas*; 19 pro *et Deum et Dominum: Deum aut Dominum*; 21 pro

quam dedit HASIUS 1). Formulas Graecas dant scriptor *Diatribes* ATHANASII Opp. adiectae 2), et WALCHIUS 3).

CALVINI iudicium de *Symbolo Athanasiano* dicto cum lectoribus suis communicat HENRY 4), qui cum aliquando dixisse scribit, »nos in Dei unius fidem iurasse, non Athanasii, cuius Symbolum »nulla unquam legitima ecclesia approbasset 5).»

CATECHESIS PALATINA S. HEIDELBERGENSIS.

Catechesin Palatinam s. Heidelbergensem e Palatinatu, et Heidelbergâ quidem oriundam esse, ipsum nomen indicat. Conscripta autem est ex mandato FRIDERICI III. Electoris Palatini 6),

non creatus: nec creatus; 28 pariter om.; 35 et ante Deus om.; 37 pro in coelos: ad coelos; pro Patris: Dei Patris omnipotentis; venturus adl. est. Ita et om. et in ll. a me indicatis: neque adiecti sunt Articulorum numeri.

1) l. l. p. 2—4, ubi legitur 6 pro *aequalis: coaeterna*; 19 pro *et Deum et Dominum: Deum ac Dominum*; ante *Dominos* add. *tres*; 21 pro *non creatus: nec creatus*; 22 *est* om.; ante *sed*: 25; pro *et unitas—in unitate: et Trinitas in unitate et unitas in Trinitate*; 28 *pariter* om.; 29 *est* om.; 35 *et* ante *Deus* om.; 36 pro *pro salute nostra: pro nostra salute*; 37 pro *in coelos: ad coelos*; pro *Patris: Dei Patris omnipotentis; venturus adl. est. Om. et in ll. a me indicatis.*

2) l. l. p. 728 sqq. ubi et duae formulae Gallicae habentur p. 733—735.

3) l. l. p. 159 sqq.

4) PAUL HENRY, *Das Leben Johann Calvins des grossen Reformators* caett. I. Hamb. 1835. p. 180, 181.

5) SS. de h. Symb. vid. ll. a CLARISSE l. l. p. 486. a. 6. Add. HEINZIUS p. X. a. 4. a me laud. et omnino KÖLLNER l. l. I. p. 53—92, qui et alios laudat quam plurimos, p. 53 sq.

6) De FRIDERICO III Elect. Pal. vid. DANIELIS TOSSANI *Theol. in Acad. Heidelb. Prof. Orationum de variis rebus gravissimis habitaram Völ. unum. Oratio secunda de Fridericis Heroibus, praecipueque de FRIDERICO III. pio, Elect. Palat. Duc. Baraviae.* Amberg. 1595. HENR. ALTINGII *historia de Ecclesiis Palat.* in MENSONI ALTINGII *vita descripta per U. EMMIUM, caett. cura AD. MENSONI ISINCK, 1728 Groningae.* p. 56—123. ZACH. URSINI *Opp. t. II. p. 91—460, ubi eius Confessio fidei* exhibetur, p. 449—460. Legi possunt quae ex illis fontibus hausta de FRIDERICO narravi, in *de Evangel. Kerkbode, 1845. no. 28, 29.* Add. D. SEISEN *Geschichte d. Reform. zu Heidelberg, mox laud. 1846. p. 123 sq.*

qui et praefationem *Catechesi* praemisit gravissimam, prudentiam pietatemque, quâ magnus ille vir ornatus erat, testificantem: quam igitur minime omittendam esse existimavi. Nam in hac praefatione ipse docuit, *tum* quare *Catechesin* condi voluerit, *tum* gravissimum hoc opus se mandasse *Theologis suis et quibus in eius ditone praecipua Ecclesiarum cura erat commendata* 1). *Illud* traditur quoque et paulo quidem fusius ab HENR. ALTINGIO, qui »Confessionem Augustanam,» inquit, »non minus ipse» (FRIDERICUS III) »quam alii Principes Protestantes receperat, eique »recte explicatae constanter inhaerebat. Sed Catechismo opus erat »duplici de causa; una quod cum ex ordinatione OTTONIS HENRICI, »Brentianus admissus esset, HESLIUS insuper introduxisset Catechismum LUTHERI, privata auctoritate, et de utroque contendere »tur; alii vero alios Catechismos, vel aliunde acceptos, vel a se »conscriptos adderent: quae res perpetuas rixas dabat in Ecclesia. »Altera erat, ut una et consentiens forma doctrinae proponeretur »per omnes Palatinatus Ecclesias; in qua cum alia capita doctrinae, tum inprimis ea, quae agunt de *Persona Christi* et *Sacramentis*, *Baptismo* ac *Coena*, orthodoxe ac dilucidius declararentur 2).» *Hoc*, quod de mandato FRIDERICI dixi, confirmatur iis, quae URSINUS scripsit in *Praef. in Apologiam Catechismi* 3): »Illustrissima ipsius Celsitudo piis quibusdam et doctrinae Christianae peritiâ praeclaris doctoribus serio mandavit, ut planam et »uniformem ac certam, et ad institutionem juventutis ac populi »rudioris harum regionum in praecipuis orthodoxae nostrae religionis capitibus accommodatam formulam Christianae Catechesos »ex divinis scripturis excerpent atque adornarent.»

Iam vero quaeritur, a quonam, vel a quibusnam Catechesis Heidelbergensis sit conscripta? HENR. ALTINGIUS diserte affirmat 4),

1) Leg. haec Praefatio p. huius l. 294 sqq.

2) HENR. ALTINGII *hist.* l. p. 81.

3) *Opp. Theol.* ed. studio et opera QUIR. REUTERI, Heidelb. 1612. t. II. p. 2.

4) in *histor. de Eccles. Palat.* l. p. 81 sq.

mandasse FRIDERICUM hoc opus CASPARO OLEVIANO et ZACHARIAE URSINO; utrumque igitur Catechesin condidisse, atque ex utriusque opere nostram Catechesin esse confectam. Quod eius auctoritate ducti, omnes fere qui de Catechesi Heidelb. scripserunt, contendunt; in his SEISENUS quoque, qui nuperrime historiam eius tradidit, nullo tamen allato argumento, quo sententiam suam comprobet¹⁾. Alii vero, in primis YPEY et DERMOUT, id in dubium vocarunt, et probare conati sunt, ZACHARIAM URSINUM pro unico Catechescos auctore esse habendum²⁾. Videamus igitur, quid hac de re sit statuendum. Omnino primae hac in causa partes tribuendae sunt URSINO; quod iam suspicamur, animadvertentes, excelluisse cum inter Theologos Palatinos, cumque in *Collegio Sapientiae Heidelbergensi*³⁾ Theologiam dogmaticam docuisse⁴⁾. Sed omni dubio maior fit haec sententia, si Catechesin Heidelbergensem cum minore URSINI Catechesi comparamus. Duas enim URSINUS Catecheses conscripsit, alteram maiorem, inscriptam: *Catechesis, summu Theologiae per quaestiones et responsiones exposita: sive Capita religionis Christianae continens*⁵⁾; alteram minorem, h. t.: *Catechesis minor, perspicua brevitate*

1) D. SEISEN, *Geschichte der Reformation zu Heidelberg von ihren ersten Anfängen bis zur Abfassung des Heidelberger Catechismus. Eine Denkschrift zur dreihundertjährigen Jubelfeier daselbst am 3 Januar 1846. Heidelberg. 1846. p. 125, 141, 148, 169.*

2) Vid. *Gesch. der N. II. K. I. p. 456 sq. et ann. 449.*

3) De hoc *Coll. Sap.* vid. SEISEN l. l. p. 120 sqq.

4) Vid. z. URSINI *paraenesis ad Theologiae et doctrinae Catecheticae sedulum studium*, in eius *Opp. t. I. p. 3. A.*; quae *Paraenesis*, quod mirandum est, iisdem fere verbis, repetita est in iisdem *Opp. t. III. p. 20—27 in Miscell. Catech. h. t.: D. ZACHARIAE URSINI Oratio exhortatoria ad doctrinae Christianae studium, habita Uratislaviae, in schola Elisabethana: cum examinis Theologici, a Philippo Melanchthone conscripti, praelectionem exordiretur. Anno Christi 1558. — Ex ALTINGII narratione, l. l. p. 77. URSINUS in Acad. Heidelberg. munus suum auspicatus est m. Sept. a. 1561. — *Loca communia* docendi provinciâ ei demandatâ, orationem habuit m. Sept. a. 1562. Vid eius *Opp. t. I. p. 414—423. Cf. et SEISEN, l. l. p. 122, 161 et 165, ubi monet, docuisse eum Philosophiam, Theologium et Paedagogicam.**

5) *Opp. t. I. p. 10—33.*

Christianam fidem complectens, scripta a. 1562¹⁾. Huius autem minoris Catechesos cum Catechesi Heidelberg. tanta est ét rerum ét verborum convenientia, ut non possimus non statuere, ad illius formam hanc confectam esse. Verissime igitur REUTERUS: »Itaque »D. URSINUS,” inquit, »haud postremus inter ejus temporis Theologos, Magistratus summi jussu, Catechesin unam quidem majorem, pro studiosis adultioribus et scholis majoribus; alteram »minorem, captui populi et puerilis aetatis magis accommodatam, »in chartam conjecit, et quibus oportuit, exhibuit. Utrâque »probatâ, quod summam veritatis coelestis, sive sincerac Theologiae, phrasi plana complecteretur. Ex hac etiam pleraque transcrip- »ta in publicam Catechesin, a FRIDERICO III. anno MDLXIII, »mense Januarii, tandem in lucem editam, et haecenus non in »Palatinatus solius, sed aliarum etiam regionum Ecclesiis summo »cum fructu usurpatam: Id quod res ipsa loquitur et collatio »ostendet²⁾.” Nec tamen negligendus est OLEVIANUS, qui id temporis s. Antistes apud *Heidelbergenses* erat celeberrimus, et docendi munere in *Collegio Sapientiae* fuerat functus³⁾. Nani hic quoque ét Symboli Apostolici explicationem dedit⁴⁾, ét Catechesin, rudioribus destinata⁵⁾, conscripsit, inscriptam: *Bawren Catechismus, das ist, kurtze anleytung für die einfeltigen, wie ein Haussvatter seine Kinder und Gesind anss den Artickeln des Glaubens und andern Hauptstücken zum*

1) *Opp.* t. I. p. 34—43.

2) *Opp.* URSINI, t. I. p. 10, 11. Mirum est, nullam Catechesos mentionem fieri a FRANC. JUNIO in Orat. in obitum cl. Viri D. z. URSINI, quae adiecta est URSINI *Opp.* in *Misc. Catechet.* t. III. p. 83—92. Attamen p. 89: »Quae »descripta,” inquit, »elegantissima olim Heydelbergae vidimus, ea pleraque ex »officina hac prodierunt: quae hic, hic, apud nos abhinc annos quinque emanarunt, ex eadem sunt manu.”

3) Vid. IOH. PISCATOR, *Kurtzer Bericht vom Leben unnd Sterben Herrn D. GASPARI OLEVIANI, Dieners des worts Gottes*, praeg. CASP. OLEVIANI l.: *Der Gnadenbund Gottes, erkläret in den Artickeln unsers allgemeynen, ungewisfelten Christlichen Glaubens*, caett. Herborn. MDXC. Cf. et SEISEN, l. I. p. 121 sq. in pr. p. 141 sqq.

4) Vid. lib. ann. 3 laud. 5) Vid. l. modo l. p. 164 sqq.

verstand ihres heyls in Christo und gottselbigem leben durch Gottes gnade ohne besondere mühe bringen möge. E quorum priore libro non pauca sumta sunt, et Catechesi Heidelbergensi inserta. Sunt haec: 1. Expositio eorum, quae in Servatore, a nobis quaerendo, requirantur, quae est. 12—17¹⁾; quorum nihil quicquam eo loco habet URSINUS, neque in maiore, neque in minore Catechesi, quippe qui nec tam fuse de iis agat, et post

1) Vid. l. 1. p. 2 sq., ubi OLEVIANUS: »Dieweil dann Gott gerecht ist, und »wil, dass wir entweder dem Gesetz gnug thun mit vollkommener liebe Gottes unnd des Nechsten, oder ewiglich gestrafft werden: und aber wir von dem »fall Adam her so verderbt seyn, dass wir Gott unnd unsern Nechsten von »natur hassen, und die schulden noch täglich grösser machen: So erkenne ich, »dass es von nöten, dass wir einen bürgen suchen, der dem gerechten urtheil »Gottes für uns vollkommenlich gnug thue: Wo sollen wir aber solchen Mitler unnd bürgen finden?

»Wenn wir uns umbsehen in der gantzen weiten welt, werden wir keine »creatur finden (welche nur ein blosse creatur sey) die für uns könte bezahlen. »Dann so wir unter den Engeln wolten einen bürgen suchen, würd uns als »bald mit zwyfacher antwort begegnet werden.

»Erstlich, dieweil die Engel nicht umb des Menschen willen schuldig und »verpflicht seyn zu leiden, So erfordert auch die gerechtigkeit Gottes nicht von »den Engeln, dass sie das sollen bezahlen, das die Menschen schuldig seyn: »dessgleichen auch were es unbillich, dass die andern creaturen für das solten »gestrafft werden, das der Mensch verschuldet hat.

»Zum andern, dieweil unser bürg und Mitler den unendlichen ewigen Zorn »Gottes ertragen unnd überwinden solt: ist es gewiss, dass alle Engel zu »schwach darzu gewesst weren, sonder hetten müssen drunter versincken unnd »zu boden gehen, wie man in den Teuffeln sihet (welche Engel des liechts »gewesst seyn) denen der zorn Gottes so schwer ist, dass sie ihn nicht können »überwinden, sondern müssen ewiglich darunter verdampft bleiben. So dann »die Engel Gottes zu schwach seyn, solchen schweren last des zorns Gottes für »das Menschliche geschlecht zu ertragen und zu überwinden, so wirt gewisslich »vil weniger einige andere creatur erfunden werden (die weiters nichts dann »eine creatur) welehe den last unserer sünden ertragen, und uns davon erlösen köne.

»Was müssen wir dann für einen bürgen und Mitler suchen?

»Einen solchen, der zugleich ein wahrer gerechter Mensch, und auch stercker »denn alle creaturen, das ist, wahrer ewiger Gott sey.“

explicatum demum art. de IESU CHRISTO *concepto de Spiritu s. et nato ex Maria virgine.* — 2. Consideratio articulorum fidei, ut *promissiones* Dei exhibentium, quaest. 22 1). — 3. Explicatio articuli: *Credo in Deum Patrem, omnipotentem, creatorem coeli et terrae,* quaest. 26 2). — 4. Nonnulla eorum, quae de pro-

1) 1. l. p. 13; »Gib mir ein anleytung, wie ich ihm thun sol, dass ich ein festes vertrauen unnd gewissen trost auss den Artickeln des Glaubens könne erschöpfen?

»Erstlich; in allen unnd jeden Artickeln des Glaubens, bedenck die verheissung Gottes, dass dir von Gott verheissen und gescheneckt sey, was in dem Artickel stehet, so du das vertrauen im hertzen hast, und es mit dem munde bekennest. Als exempel, da du bekennest, Er hat gelitten unter dem Richter Pontio Pilato: mustu gedencken nicht allein an die geschicht wie es in der Passion ergangen ist (dann das weiss der böse feind auch) sondern glauben, dass wir Gott in dem Artickel verheisst unnd zusagt, dass er für dich gelitten hat, unnd dass es dein eigen sey, als hettestu es selbst gelitten. Also da du bekennest, Gekreuziget (nemlich für mich) da verheisst dir Gott, dass er seinen Sohn für dich hat lassen creutzigen, wie Paulus sagt, *Der mich geliebet hat, unnd hat sich selbst für mich dargegeben* Gal. 2. v. 20, und dass es derwegen nicht weniger dir zugehöre, dann wann du selbst ans Creutz werest genügelt worden, da Christus dran genügelt war, zur bezahlung für deine sünden. In summa, In einem jeden Artickel gedenck allezeit, dass was drinnen stehet, dir zur seligkeit verheissen und gescheneckt sey. Darumb sprichst du auch, Ich glaub, nemlich dass diss alles auch mir zu gutem geschehen, und mir eben so wol, als dem allerheiligsten von Gott verheissen und gescheneckt sey. Ja dass soltu so gewiss seyn, dass, wen du armer sündler schon allein auff Erden gewesen werest, als ein einiges schäfflein, würde doch Christus die heu und unreutzig schaf, die schon im Himmel waren, gelassen haben, und auss der himmlischen herrligkeit zu dir heraber kommen seyn, dich zu suchen, auff seinem rucken zu tragen, und zu erlösen, wie er selbst im Euangelio lehret?

2) 1. l. p. 29; »Was glaubstu da du sprichst, Ich glaub in Gott Vatter den allmächtigen, schöpffer Himmels und der Erden?

»Ich glaub dass der ewige Vatter unsers Herrn Jesu Christi, der durch seinen ewigen Sohnsampt dem heiligen Geist Himmel unnd Erden; und alles was drinnen ist, erschaffen hat, noch erhalt und regiert, umb seines Sohns willen, in dem er mich geliebet hat, ehe der welt grund gelegt war, mein Gott unnd mein Vatter sey, in den ich mein vertrauen und hoffnung setze, also, dass ich nicht zweifel, er werde mich mit aller notturft leibs und der seelen versorgen, auch alles widerwertiges, das er mir mit seiner hand zusendet, zu

videntia Dei, et de fructu, qui e cognitione creationis et providentiae divinae profluit, dicuntur, quaestt. 27, 28 1): quarum rerum gravissimarum expositio prorsus neglecta est in *minore UR-SINI* Catechesi: in maiore longe alia est, quam quae habetur in Catechesi Heidelbergensi. — 5. Interpretatio nominis *Iesu*, quaestt. 29, 30 2). — 6. Interpretatio nominis *Christiani*, quaest.

»gutem wenden, Dieweil ers thun kan als ein allmächtiger Gott, und auch »thun wil als ein getrewer Vatter. Eph. 1. v. 34“ (sic: leg. 3, 4). »Roman. »8. v. 31, 32.“

1) l. l. p. 30 sq.: So haltestu nicht, dass Gott also einmal Himmel und Erden erschaffen hab, dass er darnach alle sorg von sich hab abgelegt?

»Keines wegs: Sonder also glaub ich, dass er diss alles erschaffen hab, dass »er auch dasselbe mit seinem unendlichen gewalt erhalte, und mit seiner wunderbarlichen Fürscheidung regire, und dasselbe nit von fern, oder in gemein, »Sonder gegenwertig und mit besonderer sorge, unnd zwar solcher sorge, die »sich auch erstercket hiss auff die kleinste vögelein, unnd allergeringste härdlein auff unserm haupt,“ caett. Et p. 38 sq.: »Nun erkläre stückweiss den »nutz, den die gläubigen haben auss der erkantnis der Fürscheidung Gottes. »Fürnemlich dreyerley nutz haben wir daraus. Der erste nutz ist die danckbarkeit, wann es uns wolgethet, caett. Welches ist der ander nutz? Geduld, so wir schöpfen auss dieser lehr in allen widerwertigen dingen caett. »Welches ist der dritte nutz? Er ist ein gut gerühiges unnd stilles hertz, »damit ein Christ mit sanftem muth hinfürter alles von der hand Gottes zum »besten erwartet.“ caett.

2) l. l. p. 42: Warumb wirt der Sohn Gottes Jesus, das ist Seligmacher, »genannt?

»Darumb, dass er beyde durch sein verdienst, und auch noch durch seine »kraft uns selig macht von allen unsern sünden, unnd dass bey keinem andern »einige seligkeit zu suchen oder zu finden sey.“

»Was für nutz hekompst du daraus, dass der Vatter gewolt hat, dass sein »Sohn genannt würde Jesus, das ist ein Seligmacher?

— »So bin ich gewiss, dass er mich unnd alle die ihm vertrauen, an leib unnd seel selig macht, und auss solchem glauben ruff ich ihn an. Dargegen, »so weiss ich auch, dass die den einigen seligmacher Jesum mit der that verleugnen, ob sie sich sein gleich rühmen, und nur den blossen namen behalten, die hülff und trost in der not in irem verdiensten, bey den Heiligen oder andern creaturen suchen, auff die sie ire hoffnung und vertrauen setzen. »Denn entweder Jesus nit ein vollkommener Heyland seyn muss, oder die die »sen Jesum mit wahren vertrauen auffnemen, müssen alles in ihm haben, was »zur seligkeit von nöten ist.“

32 1), plane omiſſa ab URSINO. — 7. In expoſitione art.: *Conceptus eſt per Spiritum s., natus ex MARIA virgine* additum illud: *ewige* 2), uti et ſingularis diſquiſitio de *fructu* ex ſancta conceptione et nativitate Chriſti percipiendo, quaestt. 35, 36 3). — 8. Explicatio commodi, quod ex ſacrificio et morte Chriſti capimus, quaestt. 42, 43 4). — 9. Interpretatio art.: *descendit ad in-*

1) I. I. p. 53 ſq. — Zeig nun auch an, warum wir Chriſten genant werden?

— »Chriſten werden wir genant darumb, dass wir glauben in Chriſtum, und auff ſeinen namen getaufft ſeind, und eben der glaub an Chriſtum iſt die ſalbung, die wir von Chriſto empfangen haben, unnd die bey uns bleibt in ewigkeit, wie Johannes lehret. Mit welcher Salbung wir durch Chriſtum unſerem lieben Gott geſalbet ſeyn zu Königen, prieſtern und Lehrern, als »glieder Chriſti des Herrn, die da gemeynſchaft haben an den geiſtlichen gaben ihres haupts Chriſti, nach der maſſ die Gott weiſſ einem jeden inſonderheit unnd dem gantzen leib der Kirchen dienlich ſeyn. Derhalben ſollen wir diſen herrlichen zunamen, dass wir Chriſten genennet werden, und auch ſind, »bedencken, dass wir nemlich nicht mehr im Reich des Teuffels, ſonder im »Reich Chriſti ſind, dass er uns durch den glauben und zeugnis des heiligen »Taufſs, mit ſeinem H. Geiſt geſalbet hat, Erſtlich dass wir jetzunder als ſeine »glieder, durch die krafft Chriſti, der in uns regiret, mit freyem gewiſſen in dieſem leben wider die ſünd und Teuffel ſtreiten ſollen, und hernach in ewigkeit mit Chriſto über alle creaturen werden herrſchen. Rom. 6. Zum andern auch, die weil unſer leib und ſeel durch ſein oppfer geheiligt ſeyn, »dass wir uns ſelbſt ſampt allem das er uns gegeben hat, ihm zum heiligen »danckopffer aufopfern: Unnd als die von Gott gelehret ſeyn, einander erba- »wen, und den namen Chriſti mit öffentlicher bekantnis preiſen, welches Gott »dem Vatter durch Jeſum Chriſtum angenehm iſt.“

2) I. I. p. 56: »Dass der ewige Sohn Gottes“ caett.

3) I. I. p. 57: »Was für troſt haben wir auß dieſer reinen empfangnis Jeſu »Chriſti? Erſtlich, dass er unſer einiger und wahrer Mitler iſt in allen din- »gen, die wir bey Gott zu verrichten haben. — Zum andern, dass er ein »solcher Mitler iſt, in dem erſtlich die Göttliche lieb, welche übertrifft him- »mel und erden, weſentlich iſt, unnd in dieſem hertzen perſönlich wohnet, »welches ein wahre brüderliche lieb unnd trew zu uns hat. Zum dritten, »dass er auch solcher Mitler iſt, welches leib unnd ſeel in der empfangnis »vollkörnlich geheiligt ſind.“ caett.

4) I. I. p. 76 ſqq.: »Erklär mir den nutz, ſo wir auß dem tod Chriſti be- »kommen, etwas weitleufftiger.

feros, quem tamen aliter explicabat, quam URSINUS, quaest. 44 1). — 10. *Fructus resurrectionis Christi, quaest. 45 2).* — 11. *Refutatio obiectionis, quae habetur quaest 48 3).* — 12. *Singularis disquisitio*

»Der erste nutz ist, dass der gehorsam des tods Christi unsere gerechtigkeit »für Gott ist“ caett.

»Welches ist der ander nutz des tods Christi?

»Die absterbung der sünden, dass die Christgläubigen, welche die krafft des »tods Christi durch den heiligen Geist empfinden, nunmehr der sünden täglich »absterben, dieweil die sünd ihre krafft zu wüten unnd zu herrschen nunmehr »in dem todt Christi unsers haupts verloren hat, unnd derhalben täglich in »seinen gläubigen gliedern verzapelt unnd erstirbet — biss sie endlich gar mit »Christo vergraben wirdt. — Christus mit seinem todt hat uns erstlich die gnad »erworben, dass unsere sünden bezahlet seyn, unnd derwegen unser zeitlichen »tod nicht ein bezahlung ist für unsere sünden, auch nicht ein eyngang in »den ewigen todt, sonder nur ein absterbung der sünden und cyngang zum »ewigen leben.“

1) l. l. p. 88: »Der ander nutz, — dass wir nicht allein in den höchsten »schmertzen des leibs, sonder auch in der höchsten angst der seelen unnd des »gewissens, auch wider die allerschwereste anfechtung der verzweiffnung ge- »wissen unnd sichern trost haben in dem schmerzzen Christi, dieweil wir »wissen, dass sein gewissen zum böchsten ist geengstiget worden; auff dass »unsere gewissen durch diesem Hohenpriester und Mitler zur freyheit wider- »bracht, frid unnd ruhe in im hetten.“

2) l. l. p. 88 sqq.: Was für nutz bekommen die gläubigen auss der aufer- »stendnis Christi?

»Viererley nutz: Der erste ist, dass die auferstendnis Christi uns ein ge- »wiss zeugnis ist, dass uns Gott so gerecht helt für seinen angen; als der »leib Christi war, da er auss allen unsern sünden auferstanden ist von den »todten. — Der ander nutz ist die lebendigmachung. — Der dritte nutz, »dass wir auss der auferstendnis Christi gewiss seyn, dass wir in dem wah- »ren glauben, den wir durch seine krafft bekommen haben, werden beständig »bleiben, unnd beharren bis ans end, unnd nicht von Christo abfallen wer- »den. — Der vierdte nutz, dass die auferstendnis Christi uns ein gewisses »pfind ist, dass unsere leichnam auch werden auferstehen zum ewigen leben.“

3) l. l. p. 94: — »Dann weil die Gottheit unbegreiflich und allenthalben »gegenwertig ist, so muss folgen, das sie wol ausserhalb ihrer angenommenen »Menschheit, und dennoch eben dieselbige einige und gantze Gottheit nichts »destoweniger auch in derselbigen sey, und persönlich mit ir vereinigt »bleibe.“

de fructu, quem nobis adfert ascensio Christi in coelum, quaest. 49 1).
 13. Uti et de fructu, ex eius gloria profluentis, quaest. 51, quem
 tamen URSINUS quoque memorat in resp. ad quaest.: *Cur dicis
 eum ad dextram Dei sedere?* — 14. Nonnulla in art. *de reditu
 Christi ad iudicandum vivos et mortuos*, in primis hoc, quod
 hic articulus exponitur, ut consolationis fons uberrius, quaest. 52 2).
 15. Explicatio art. *de spiritu sancto*, quaest. 53 3). — 16. Item
 articuli de *communione sanctorum*, quaest. 55 4). — 17. Nonnulla
 in explicatione articuli de *remissione peccatorum*, quaest. 56 5). —

1) Ipsas res dedit quoque URSINUS in resp. ad quaest.: *Quid credis de ip-
 sius in coelum adscensu?*

2) l. l. p. 116: »Ist dir dann diser Artickel nit erschrecklich, sonder
 »tröstlich?

»Dieweil alle Artickel des Glaubens zu unserm trost geschriben seyn, so ist
 »auch gewisslich dieser uns fürgehalten, uns nicht zu betruben, sondern uns
 »zu trösten und zu erfreuen. — Der grund aber ist nicht mein verdienst,
 »welcher auch kein stück des grunds ist, sonder allein Jesus Christus, der
 »sich selbst für mich gegeben hat, sich dem Gericht Gottes für dem Richter
 »Pontio Pilato für mich dargestellt, auff das ich in das Gericht der verdammis
 »nimmermehr komme, alle meine vermaledeyung von mir genommen, und auff
 »sich geladen am creutz, welcher todt vermaledeyete war von Gott; auff dass
 »ich nicht dörfte hören die erschreckliche stimm: *Gehet hin ir vermale-
 »ndeyten ins ewige feur.*»

3) l. l. p. 124: »Was glaubstu vom heiligen Geist? Dass er gleich ewiger
 »Gott mit dem Vatter unnd dem Sohn ist, welcher nicht allein alle ding er-
 »helt, sondern auch die auserwehlten erleuchtet, regirt und lebendig macht
 »zu dem ewigen leben. Zum andern, glaub ich, dass er auch mir gegeben
 »sey, mich durch einem wahren Glauben Christi unnd aller seiner wolthaten
 »theilhaftig macht, mich tröstet, und bey mir bleiben wirt in ewigkeit.»

4) l. l. p. 133: »Was verstehestu durch die Gemeynschafft der Heiligen?
 »Erstlich dass alle unnd jede gläubigen, welche die Heiligen Gottes sind, als
 »glieder, an dem Herrn Christo unnd allen seinen schätzen unnd gaben ge-
 »meynschafft haben. — Zum andern, dass die glieder auch untereinander also
 »verbunden sind, dass ein jedes glied seine gaben zu nutz und heil der andern
 »glieder willig und mit freuden anzulegen, auch mit den andern betrübten
 »mitgliedern hertzliches mitleiden zu haben, sich schuldich wissen sol.»

5) l. l. p. 134: »Ich glaub, dass alles was sünde ist unnd sünde genant
 »wirdt, es sey die ubrige sünde, als da ist *die verderbte böse seuch, die*

13. Item art. de *resurrectione carnis*, quaest. 57¹). — 19. Nec non art. de *vita aeterna*, quaest. 53²). — 20. Resp. ad quaest. 36: *cur bona opera facere debeamus*³)? — Haec igitur ex OLEVIANI libro; caetera maximam partem e minore URSINI Catechesi sumpta sunt. Ut autem ex *illius* opere, ita et ex *huius* libro haudquamquam omnia in Catechesin Heidelbergensem transcripta sunt⁴): imo nullum fere in hanc Catechesin translatum est responsum, in quo non aliquid est immutatum. Nonnunquam alium etiam rerum ordinem sequitur⁵). Denique addita sunt nonnulla, quae

»mir noch immerdar anklebt, — oder auch wirkliche sünden, — Ich glaub
 »(sag ich) dass diss alles — mir frey geschenckt unnd verzihen sey, unnd ver-
 »zihen bleib in ewigkeit, auss guaden, durch den Glauben an die verheissung
 »Gottes“ caett.

1) l. l. p. 139: »Erstlich, unsere seelen so bald sie vom leib scheiden, »gehen sie eyn in die freud ihres Herren“: quod URSINUS omisit.

2) l. l. p. 142: »Kanstu mir aber das vollkommen ewig leben nit beschrei- »ben? Gottes wort sagt, dass kein aug gesehen, und kein ohr gehöret hat, »und in keines Menschen hertz kommen ist, das Gott zubereitet hat denen, »die in lieben I Corinth. 2. v. 9. Isa. 64. v. 4.

3) l. l. p. 155: »Du sagst darumb nicht, dass die gute werck nichts nutz seyen?

»Darzu dienen sie nicht, dass sie uns für Gott gantz oder auch zum theil »gerecht machen, Aber darzu dienen sie wol, dass, nachdem wir durch die »zurechnung der gerechtigkeit Christi auss guaden und umbsonst gerecht »worden seyn, wir uns mit guten wercken Gott den Herrn danekbar erzei- »gen, auff dass Gott durch uns gepriesen werde, darzu wir aufenglich er- »schaffen, und wider erlöset seyn. — So sind sie auch für das ander darzu »gut, dass wir auss den wercken, als fruchten des Glaubens, versichert »werden, dass wir nicht einen heuchlischen, sondern einen wahren Glauben »haben: Und zum dritten, dass wir durch gute exempeln der guten werck, »andere Christo gewinnen, unnd die so schon gewonuen sind, nicht abfellig »machen, sondern bey Christo erhalten, und je lenger je mehr erbawen.“

4) Sic e. c. nihil quicquam Catechesis Heidelberg. monet neque de *attribu- tis Dei*, de quibus fuse exponit OLEVIANUS, l. l. p. 24 sqq., neque de *ele- ctione*, nisi in loco de *Ecclesia*, quaest. 54, de qua tamen dictum erat et ab OLEVIANO post expositum locum, qui est de *conversione hominis*, l. l. p. 160 sq., et ab URSINO post quaest.: *unde oritur fides illa in hominibus*, Opp. t. I. p. 38.

5) e. c. in quaest. 61, 62, uti et in loco, qui est de *Sacramentis*, ad

neque apud OLEVIANUM, neque apud URSINUM inveniuntur 1) Quae cum ita sint, apparet, quid de auctore vel auctoribus Catecheseos sit statuendum. E dietis enim efficere licet, utrumque, URSINUM et OLEVIANUM, formam eius confecisse eamque caeteris Theologis, iisque, quibus praecipua Ecclesiarum in Palatinatu cura erat commendata, examinandam exhibuisse; hos autem minorem in primis URSINI Catechesin maximam partem approbasse, ita tamen ut et multa in illa immutaverint, et haud pauca ex OLEVIANI libro descriperint, et vero etiam de suo nonnulla addiderint; denique ipsum FRIDERICUM Electorem, quod aliunde constat, ea adiecisse, quae in quaest. 30, certe ea, quae in fine huius quaest. exhibentur 2).

Porro quaeritur, num aliae Catecheses vel ab URSINO, vel ab OLEVIANO, vel ab iis, qui utriusque opus examinarunt, in conficienda Catechesi Heidelbergensi fuerint adhibitae? Maximam obtinere convenientiam inter Catechesin *Heidelbergensem* et *Turicensem* docet IOH. ENS; sed affirmare se posse negat, utrum haec ad illam, an vero illa ad hanc confecta sit; quoniam nullum antiquum Catecheseos Turicensis exemplar viderat 3). *Catechesis* autem, quam BULLINGERUS *pro adultioribus* scripsit, mandantibus ministris Ecclesiae Tigurinae, in qua, quod ipse dicit, paulo fusius tractavit, quae in minore Catechismo brevissime fuerant perstricta, a Catechesi Heidelbergensi longe differt 4). Itaque verisi-

quem relata est quaestio de *fidei origine*, de qua URSINUS dixerat post quaest. *cur dicis te sola fide justificari?*

1) in pr. in loco, qui est de *Sacra Coena*; nam quae habentur quaest. 86 de eo, quod interest inter coenam Domini et missam papisticam, et quaest. 83—85 de *clavibus regni coelorum*, neque apud URSINUM, neque apud OLEVIANUM inveniuntur.

2) Vid. in pr. SEISEN I. I. p. 204, ubi: »Wir können hier,“ inquit, »so gerne wir möchten, die Berührung des so angefochtenen Schlüsses von Fr. »80. nicht umgehen. Diese kommt auf Rechnung Friedrichs III. der bei der »Redaction selbst thätig war.“ Idem tamen Electorem excusare conatur.

3) Vid. I. I. p. 44 sq.

4) Titulus hic est: *Catechesis pro adultioribus scripta, de his potissimum*

millimum est, Catechesin Turicensem, quae primum a BULLINGERO conscripta est, a. 1609 ad Heidelbergensem immutatam esse 1): ad quam sententiam comprobendam facit etiam iudicium, quod de Catechesi Heidelbergensi tulit BULLINGERUS: »Catechismum ab Illustr. Pr. FRIDERICO Pal. El. Domino Clementiss. magna cum »aviditate legi; et inter legendum magnas gratias egi Deo, qui »confirmat opus, quod caepit. Ordo libelli dilucidus est, et res »ipsae sincere verissimeque propositae. Plana sunt omnia, piissima, »fructuosissima; succincta brevitate comprehendentia magnas res et »copiosas. Arbitror meliorem Catechismum non editum esse. Deo »sit gloria, qui largiatur successum. Script. a. 1563" 2). Quae certissime non scripsisset, si quam plurima ex sua ipsius Catechesi in illam translata fuissent. Sed e *Catechismo Genevensi*, quem CALVINUS conscripsit a. 1545, non pauca in Catechesin Heidelbergensem fluxisse, utriusque comparatio docet 3): e quibus haec duo exempli causa afferre iuvat:

capitibus. De Principiis religionis Christianae, scriptura sancta. De Deo vero, vivo et aeterno. De Foedere Dei et vero Dei cultu. De Lege Dei et Decalogo mandatorum domini. De Fide Christiana, et Symbolo apostolico. De Invocatione Dei et Oratione dominica, et De Sacramentis ecclesiae Christi, auctore Henryeho Bullingero. IESUS. Hic est filius meus dilectus, in quo placata est anima mea: ipsum audite. Matth. 17. Tiguri apud Frosch. M. D. LIX.

1) Vid. KOECHER *Catèchetische Historie der Gereformeerde Kerke* caett., e sermone Germ. in Nederland. conversa et annotat. aucta ab E. W. CRAMERO. Amstel. 1763. p. 13 et 429. YPEY et DERMOUT, l. l. I. a. 451. p. 211.

2) Vid. URSINI *Opp. t. II. Apolog. Catechismi* praef.

3) Vid. *Cat. Genev. (I) de fide* qu. 27. ap. NIEMEYER. l. l. p. 128. coll. cum *Cat. Heidelb.* qu. 27. illius qu. 34—39 ap. NIEM. p. 129, cum huius qu. 31. illius qu. 46 ap. NIEM. p. 130 cum huius qu. 33. illius qu. 51 ap. NIEM. p. 131. cum huius qu. 16. illius qu. 58 ap. NIEM. p. 131 sq. cum huius qu. 38. illius qu. 61 ap. NIEM. p. 132 cum huius qu. 39. illius qu. 64 ap. NIEM. p. 132 cum huius qu. 42. illius qu. 66 ap. NIEM. p. 132 cum huius qu. 44. illius qu. 73 ap. NIEM. p. 133 cum huius qu. 43. illius qu. 75 ap. NIEM. p. 134 cum huius qu. 45. illius qu. 99 ap. NIEM. p. 136 cum huius qu. 55. illius qu. 115. ap. NIEM. p. 138 cum huius qu. 59. illius qu. 126 ap. NIEM. p. 139 cum huius qu. 63. caett.

Catech. Genev.

M. Quotuplex ex hac resurrectione fructus nobis provenit?

P. *Triplex*. Nam et iustitia nobis per eam acquisita, et certum nobis est pignus futurae nostrae immortalitatis, et iam nunc eius virtute suscitamur in vitae novitatem, ut pure saneteque vivendo Dei voluntati obsequamur.

M. Quid nobis boni oritur ex hac fide, quum semel eam assequuti sumus?

P. Iustificat nos coram Deo: et hac iustitiâ haeredes nos vitae aeternae facit.

Ita et non modo URSINUS, sed OLEVIANUS quoque in suos usus adhibuisse videntur *minorem* Ecclesiae Belgicae Londinensis *Catechismum*, a MARTENO MICRONE conscriptum, ad exemplum *maioris Catechismi*, a IO. à LASCO conditi et ab UTENHOVIO in Belgicum sermonem conversi¹⁾; quod recte monuit SEISENUS, qui tamen ét

Catech. Heidelberg.

Qu. 45. Quid nobis prodest resurrectio Christi?

Resp. *Primum* sua resurrectione mortem devicit, ut nos posset eius iustitiae, quam nobis sua morte pepererat, participes facere. *Deinde* nos iam quoque eius potentia ad novam vitam excitamur. *Postremo*, resurrectio capitis nostri Christi nobis gloriosae resurrectionis nostrae pignus est.

Qu. 59. At cum haec omnia eredis, quid utilitatis inde ad te redit?

Resp. Quod in Christo iustus sum coram Deo, et haeres vitae aeternae.

1) Titulus huius Catech. ab A LASCO confecti, et ab UTENHOVIO conversi; cuius exemplar est in Bibl. Acad. Rheno-Traiect. hic est: *De Catechismus, oft kinder leere, die men te Londen, in de Duydtsche Ghemeynte was gebruyckende. Psalm 119. Hoe sal een Jonghelinck zijn leven onstraffelick leyden, ten zy dat hy dat stelle na den cysch dijns Woordts?* Anno 1563. Praefationi *Utenhovianae* subscriptum est: »Te Londen, den XV May, Anno 1553: unde nonnulli effecerunt, hoc demum anno editum illum esse; sed prima editio prodiit iam a. 1551. Vid. LE LONG, l. l. p. 25—34. — *Catechismus MICRONIS*, cuius exemplar in eadem Bibliotheca habetur, inscriptus est: *De kleyne Cathechismus (sic), oft kinder leere der Duydtscher Ghemeynte van Londen, de welke nu hier ende daer verstroyt is. Ghemaeckt door Marten Micron. Coloss. 3. b. 16. Het woort Christi woone rijckelick in u. met alle wijsheyt. Ghedruckt by Gellium Ctematium.* Anno 1559. Vid. de hoc quoque Catech. LE LONG, l. l. p. 34—36.

nimum huic fonti tribuere videtur, ét in eo fallitur, quod quae ex hoc Catechismo in Heidelbergensem fluxerint, ab URSINO solo ex illo ducta esse suspicetur ¹⁾. Occurrunt enim nonnulla in Catechesi Heidelberg., e MICRONIS Catechismo sumta, quae apud OLEVIANUM solum inveniuntur. Pauca afferre liceat exempla, caequae alia, quam quae a SEISENO sunt allata :

Catech. Micronis.

Vr. Is het dan den Christenen gheoorloeft, eenighe twijvelachtige sake met eenen Eedt te bescheyden?

Antw. Lichtvcerdige Eeden, wt een quade gewoonte, zijn in de Schrift gantschelick verboden: maer de oprechte ende ernstige, die de eere Gods, ende de liefde vervorderen, zijn gheoorloeft ende noodich: aengemerckt dat sy van God geboden zijn, ende van Christo ende zijn Apostolen, ende andere heylige mannen van beyde Testamenten ghebruyckt.

Vr. Wat verstaet ghy met de woorden, die van den Vader gheseyt zijn?

Antw. Dat is: Ick geloove, dat die eewige God myn God ende Vader is, die daer is schepper, onderhouder, ende regeerder des Hemels, ende der Aerden, ende alles watter in is. In den welcken alleene, ick gantsch mijn betrouwen stelle, ver-

Catech. Heidelberg.

Fr. (101). Mag man aber auch Gottselig bey dem Namen Gottes einen Ayd schweren?

Antw. Ja, Wenn es die Oberkeit von iren underthanen, oder sonst die noth erfordert, trewe und warheit zu Gottes ehr und des nechsten heil dardurch zu erhalten und zu fûrdern. Denn solches aydschweren ist in Gottes wort gegrûndet, und derhalben, von den Heiligen im alten und newen Testament recht gebraucht worden.

Fr. (26). Was glaubestu, wenn du sprichst, Ich glaub in Gott Vater, den allmechtigen, Schöpffer himmels und der erden?

Antw. Dass der ewig Vater unsers Herrn Jesu Christi, der Himmel und Erden sampt allem was drinnen ist, auss nichts erschaffen, auch dieselbigen noch durch seinen ewigen rhat und fürsehung erheld und regieret: umb seines Sons Christi willen, mein Gott und mein

1) Vid. SEISEN, I. I. p. 130 sq. in pr. p. 177 sqq. — Editio autem, quam ille contulit, multum differre videtur ab ea, qua ego utor: cuius rei causam non intelligo.

sekert zijnde , dat hij my helpen mach ende oock wil, aengesien dat hy almachtich is, ende daar toe mijn Vader.

Vr. Waarom is hij, Jesus, dat is, Salichmaker ghenaemt ?

Antw. Om dat hy zijn volck salich macckt van hare sonden. Ende datter in geenen anderen, eenighe salicheyt gheleggen is.

Vr. Wat troost hebben wy hier wt ?

Antw. Ten eersten, dat onse nature, die door de sonde veronreynicht is, door zijn heylige ontfanghe, suyver ende reyn gheacht is. Ten anderen, dat hy onse eenige warachtige Middelaer zy : als die niet alleenlick eender, maer beyde der natucren : namelick, der Godlicker ende menschelicker, deelachtich zy 2).

Vater sey, auff welchen ich also vertraue, dass ich nicht zweiffel, er werde mich mit aller notdurfft leibs und der seelen versorgen, auch alles ubel, so er mir in diesem jamerthal zuschicket, mir zu gut wenden : dieweil ers thun kan, als ein almechtiger Gott : und auch thun wil als ein getrewer Vater 1).

Fr. Warumb wirdt der Son Gottes Jesus, das ist, Seligmacher genannt ?

Antw. Darumb das er uns selig macht von unsern sünden, und dass bey keinem andern einige seligkeit zu suchen noch zu finden ist.

Fr. (36). Wass nutz bekomestu auss der heiligen empfangnuss und geburt Christi ?

Antw. Dass er unser mittler ist, und mit seiner unschuld und vollkommenen heiligkeit meine sünde, darin ich bin empfangen, für Gottes angesicht bedeket.

1) Egregium hoc responsum, auctum et emendatum, e MICRONIS *Catechismo*, per OLEVIANUM in Catechesin Heidelberg. acceptum est: quod valeat ad confirmandum id, quod in textu contra SEISENUM monui.

2) Cff. et *Catech. MICRON.* explicat. praecepti Decal. 4 coll. cum *Cat. Heidelberg.* quaest. 103. illius explic. praecepti Decal. 8 cum huius quaest. 110, 111. illius expos. summae Decal. cum huius quaest. 4. illius interpret. nominis *Christi* cum huius quaest. 31. illius explicat. art. de *resurrect. Christi* cum huius quaest. 45. illius expos. de *disciplina Eccles.* cum huius quaest. 82—85. illius denique explicat. art. de *communionem Sanctorum* cum huius quaest. 55.

Constat igitur Catecheseos Heidelbergensis auctores aliorum virorum nominatim CALVINI et MICRONIS, vel si mavis IO. A LASCO labores in suos usus adhibuisse. Quod tamen neque illis vitio vertendum est, nec valet ad diminuendum pretium, ipsorum operi statuendum; nam in magna et rerum et verborum convenientia tantum etiam hic obtinet discrimen, ut Catechesis, ab illis confecta, novum plane opus dici mereatur.

Edita autem est nostra Catechesis m. Ianuarii a. 1563 *Heidelbergue*, Germanice et Latine, sicuti iusserat Elector. Latina interpretatio demandata fuit, ex ALTINGII narratione 1), IOSUAE LAGO, s. Antistiti Heidelbergensi, et LAMBERTO PITHOPOEO, qui *Daventriâ Heidelbergam* venerat, atque in Gymnasio, quod hac in urbe florebat, Rectoris munere fungebatur. Coniiciunt quidem YPEY et DERMOUT 2), ipsum URSINUM Catechesin in Latinum sermonem convertisse; hanc vero interpretationem a duumviris laudatis tantummodo recognitam fuisse et emendatam; verum ratio, quare sic statuendum esse censeant, parum valet ad coniecturam illam comprobendam: ducitur enim unice ex operis parvitate; sed exiguum hoc opus erat quoque longe gravissimum. Eodem anno altera prodiit editio, quam KOECHERUS et NIEMEYERUS non viderunt; cuius exemplar asservatur in Bibliotheca Academiae Rheno-Traiectinae: quod typis describendum curavi. Huic editioni, iubente FRIDERICO Electore, inserta est quaestio 80, quae in prima editione fuerat omissa 3), nondum tamen additis hisce verbis: *Und dass wir durch den H. Geist Christo werden eingeleibt, d. jetzund mit seinem waren leib im himmel zur Rechten des Vaters ist, und daselbst wil angebettet werden. — Und dass Christus leiblich und. der gestult brods und weins sey, und derhalben darin sol angebettet werden. — (Nichts anders, denn ein verleugnung des einigen opffers und leidens Iesu Christi, und) ein vermaledeite Abgötterey 4).* Quae verba adiecta sunt

1) l. l. p. 82. 2) l. l. I. p. 457 et ann. 452.

3) Vid. Ann. ad calcem libri p. 96, exhibita in hac nostra Collect. p. 397.

4) Vid. huius Collect. p. 358.

laudatae quaestioni in *tertia* editione ¹⁾), itidem a. 1563 in lucem missâ, qua KOECHERUS usus est, et quam NIEMEYERUS in sua *Collectione* legendam dedit. Suspiciatus illud fuerat ENS ²⁾), cuius opinionem admodum probabilem iam reddebat editio *Catechismi Scholis destinati* a. 1609, quippe quae editio quaestionem 80 exhibeat, uti nunc legitur, et cui editioni praefixa sit admonitio ad lectores, qua affirmatur, hanc editionem cum editione a. 1563 collatam, et ad eam emendatam esse ³⁾); sed omni dubitatione maior fit illa opinio ipsis a. 1563 editionibus, a NIEMEYERO et a me exhibitis; nisi velis eum KOECHERO ⁴⁾ conicere, in nonnullis

1) Tres edd. a. 1563 prodiisse iam contenderat 's GRAVEZANDE in l. l. (*Tweehonderdj. Gedacht. der Syn. v. W.*) p. 54 sqq. contra KOECHERUM, qui duas tantummodo commemoravit edd. in *Cat. Hist.* p. 282 sq. Cf. et VAN ALPHEN *Proel. in Oeconom. Catech. Pal.* § 35. 2) l. l. p. 51-54.

3) Exemplar huius ed. habetur in Biblioth. Acad. Rheno-Traiect., mutilum quidem et titulo carens; sed p. 16 tamen docet, referendum illud esse ad laud. editionem; nam ibi legitur: *Signatum Heydelberg, den 10 tag Mertz anno 1609.* Est ea editio, quam KOECHERUS l. l. p. 278 se vidisse negat, sed quam inscriptam fuisse dicit: *Catechismus, oder Kurtzer Unterricht Christlicher Lehre, wie der in Kirchen, und Schulen der Chur-fürstlichen Pfaltz getrieben wird: aus Chur-fürstlichen Pfaltz Verordnung kurzlich erkleret, und mit Zeugnissen der Schrift bestëtiget: für die Schulh-jugend in ihrer Chur-fürstlichen Gnaden Landen. Zu Heidelberg gedruckt bey Gothard Vogelín, im Jahr 1609,* et de qua dicit: »Zij wordt de eerste uitgave van ndezen School-Catechismus genoemd, waarvan JOH. PHILIPPI PAREY *Catechesis* »*Religionis Christianae Hanoviae* 1621 eene Latijnsche overzetting zijn zou', »en is boven andere uitgaven des Heidelbergschen Katechismus merkwaardig »van wege de daarbij gevoegde *Glossen* of Verklaringen, op welken de Her- »vormde Godtgeleerden zich bij gelegenheid van den strijd, die over de tach- »tigste vraag ontstaan is, zich' (sic) »meermalen beroepen hebben." Huic igitur ed. praemissa est haec admonitio: »Bericht wegen dieses gefertigten Schul- »Catechismi. So viel die Wort, oder den Text dess in Churfürstlichen Pfaltz »üblichen Catechismi belanget, ist darinnen nichts geändert: sondern sind »vielmehr die neuen Exemplar mit den alten, sonderlich aber mit dem, so »Anno 1563 allhie gedruckt worden ist, collationirt, und die von unterschied- »nenen Druckern hin und wider im nachdrucken begangene Fehler corrigirt »worden: Damit also die Jugend im gantzen Lande einerley richtige Worte »habe, die sie ausswendig lerne."

4) l. l. p. 283.

eiusdem editionis exemplaribus laudatam quæstionem fuisse immutatam: quæ cōiectura, cum admodum dura sit et minime necessaria, haudquaquam admittenda esse videtur.

In his autem editionibus nulla adhuc habebatur divisio: quæ in editionibus sequentibus duplex facta est; quarum altera novem complectebatur lectiones, altera sectiones duas et quinquaginta: quod patet ex *Ordine Ecclesiastico* 1), e FRIDERICI mandato confectò, et die 15 m. Nov. a. 1563 ab illo approbato et confirmato 2); qui Ordo Ecclesiasticus, cuius exemplar, a. 1565 editum,

1) Libri titulus hic est: *Kirchenordnung, wie es mit der Christlichen Lehre, heiligen Sacramenten, und Ceremonien, in des Durchleuchtigsten, Hochgebornen Fürsten und Herren, Herrn Friderichs Pfaltzgraven bey Rein, des heiligen Römischen Reichs Ertzdruchsessens unnd Churfürsten, Hertzogen in Bayern etc. Churfürstenthumb bey Rhein, gehalten wird. Heidelberg, durch Johannem Mayer, Anno MDLXV.*

2) Præfatio FRIDERICI hæc est: »Wir Friderich von Gottes Gnaden, Pfaltzgraffe bey Rein des heiligen Römischen Reiches, Ertzdruchsess unnd Churfürst, Hertzog in Bayrn etc. Entpieten allen und jeden unsern Superintendenten, Pfarrherren, Predigern, Kirchen und Schuldienern unseres Churfürstenthumbs der Pfaltzgraffschafft bey Rhein, unser gnad unnd gruss, unnd »fugen euch hiemit zu wissen,

»Demnach wir im nechst verschiene[n] Januario einem summarischen unterricht, oder Catechismus unserer Christlichen Religion, auss dem Wort Gottes »verfassen, und öffentlich in Truck ausgehen lassen, mit notwendiger anzeig »unnd aussführung was uns zu solchem ursach geben und bewegt, sonderlich »aber weil wir in der Lehre und instituirung der jugend allerley unrichtigkeit »und ungleichheit befunden, darauss nicht geringe missverständ und unordnung »erwecket und entstanden, dass hiedurch solche mengel abgeschmitten und »hinfürter ein gewisse unnd beständige form unnd mass gehalten würde.

»Anff dass nun auch in den Ceremoniis, administrierung der heiligen Sacramenten und andern Kirchenübungen (inn welchen bissher nicht weniger ungleichheit gespürt und befunden) ebner massen erheischender notdurfft nach, »ein richtigkeit und gleichförmigkeit gehalten werde, und also unsere liebe »unterthanen, zugleich in der Lehr unnd auch in den eusserlichen Ceremoniis, »zu rechter erkantnuss Göttlichs worts und willens, durch einen eintrectigen »und in der heiligen Schrift gegründten weg, gebracht unnd geführt möchten »werden.

in Bibliotheca Academiae Rheno-Traiectinae conservatur, et rationem tractandi Catechismum praescribit, causasque, quare duplex illa divisio facta sit, exponit 1), et Catechismum continet, eam ex-

»So haben wir ein kurtze Kirchenordnung, welcher gestalt sich die Kirchendiener in verkündigung Göttliches worts, administrierung der Heligen Sacramenten und andern in den Kirchen unsers Churfürstentumbs durchaus einhelliglich verhalten sollen, oberzehler ursachen halben durch unsere fürnemen Theologen, Superintendenten, Kirchendiener, und andero Gottselige gelehrte Männer unnd Rätthe begreifen, besichtigen, und endlich in Truck aussgehen lassen.

»Gesinnen demnach hiemit an euch alle unnd jede gnediglich, und befehlen euch, ir wöllet angeregte unsere Kirchenordnung annemen, und derselben mit ernstlichem fleiss nachkommen, So seind wir der ungezweifelten zuversicht, das werde zur aussbreitung des selig machenden worts Gottes, auch Christlicher aufferbawung unserer unterthanen gelangen, Datum Mossbach den 15. Növenub. Anno 1563.

1) Vid. Fol. 18, 19, ubi haec leguntur: »Soll derhalben der Catechismus auff nachfolgende form gehalten werden. Erstlich, dieweil das alte Volck im Papstumb öne Catechismus ist auffgezogen, und leichtlich der stück der Christlichen Religion vergisset, so ist für notwendig angesehen, dass an allen Son und Feiertagen in Dörffern und Flecken, dessgleichen auch inn den Städten, wehe man anhebt zu predigen, der Kirchendiener ein stück auss dem Catechismo klar und verstendlich dem Volck fürlese, also das er in neun Sontagen aussgelesen werde. Den ersten Sontag, biss auff den andern teil, Den zweiten biss auff den Artickel von Gott dem Sohn. Den dritten, biss an die frag von der Himelfart Christi. Den vierden, biss zur frag, Was hilfft es dich wenn du diss alles glaubest? Den fünfften, biss zum heiligen Abendmal. Den sechsten, biss zum dritten theil des Catechismi. Den siebenden, biss zur frag, Was wil Gott im fünfften gebott. Den achten, biss zum Gebet. Den neuniden, biss zum end des Gebets. Am zehenden Sontag soll der Pfarrherr für oder Predig die Sprüch; darinn ein jeglicher seines beruffs erinnert wird, fürlesen, Wie die zu end des Catechismi gesetzt sein.

»Ferner, sol alle Sontag nach mittag zu der stund die einem jeden ort gelegen ist, Catechismus Predigt also gehalten werden, dass der Kirchendiener fürs erst, nach dem Gesang, das Vater unser bete, und Gott umb rechten verstant seins worts anruffe, darnach die zehen gebott verstendlich dem volck fürlese, Darauff soll er die angehenden, welche die fragen, so gepredigt werden, noch nit lernen können verhören, und ordenlich, erstlich ein zeit lang auff die Text, darnach auch allgemach auff die fragstück anleiten: Nach diesem lasse er etliche unter der jugend, ein gewisse anzal fragen im Catechismo,

hibentem 1): cui adiecta etiam sunt nonnulla librorum sacrorum dicta, quibus officia memorantur, quae pro diverso, quod gerimus, munere, diversaque, qua vivimus, conditione, erga naturae nostrae socios praestare nos oportet; quorum commemoratio decimam continebat lectionem 2). Uti autem in tribus prioribus edd., ita in hac item editione a. 1565 *capita* tantummodo indicata sunt illorum librorum sacrorum, e quibus dicta probantia in margine Catechescos laudantur. Postea vero et additae sunt *Sectiones Capitum*, sive *versus*, q. d., et quaestiones numeratae, et loci e sacro Codice allati, numero aucti. Quod factum esse in ed. a.

»(wie wir dan denselben umb dieser Ursach willen in Sontage theilen haben lassen) so in vorgehenden, und sonderlich, in der nechsten Predigt erkläret worden, unnd die zuvor in der Schul oder daheim gelernet, auff sagen, Und wann diese also in bey sein der gemein von etlichen auffgesagt worden, soll der Kirchendiener etliche folgende fragen einfeltig unnd kürztlich erklären unnd ausslegen, also dass er den Catechismum zum wenigsten einmal alle jar ausspredige.“ 1) Vid. l. 1. fol. 19 verso — 63.

2) Vid. fol. 63 verso — 71. »Folgen die Sprüch der heiligen Schrift, darauß ein jeglicher in seinem stand erlernen mag, was im in seinem Beruff zu thun gebure. *Der Weltlichen Oberkeit.* (laudantur Ps. 2. Esai. 1.) *Den Richtern.* (laudantur Exod. 18. 2 Chron. 19). *Der Weltlichen Oberkeit und Unterthanen* (Rom. 13. 1 Petr. 2). *Den Ehemennern* (Eph. 5. Coloss. 3. 1 Petr. 3). *Den Eheweibern* (Eph. 5. Coloss. 3. 1 Petr. 3). *Den Eltern.* (Deut. 6. Prov. 23. 13. 19. 29. Eccles. 7 et 30. Eph. 6. Coloss. 3). *Den Kindern* (Eph. 6. Coloss. 3). *Den Knechten, Mägden, Taglönern und Arbeitern* (Eph. 6. Coloss. 3. 1 Petr. 2). *Den Hausherrn* (Eph. 6. Coloss. 3). *Der gemeinen jugend und andern* (1 Cor. 6. 1 Petr. 5). *Den Jungfrauen* (1 Cor. 7.) *Den Witwen* (1 Timoth. 5). *Für jedermann. Die Summa Göttlichs gesätzs* (Matth. 22: 37-39). *Die Summa des Euangelions* (Ioh. 3: 16. 1 Tim. 1: 15-17). Quibus tandem haec adduntur: »Es soll auch in Städten, da zwo Predigten nach Mittag gehalten werden, die nachfolgende summa des Catechismi sampt denn Texten, dem volck zum anfang der Mittags predig verstandlich fürgelesen werden. An örten aber da nit zwo, sonder nur eine Predig nach Mittag gehalten wird, nemlich die Catechismus predig, soll zu anfang derselben nicht allein der Text der zehen gebott, wie obgemeldt; sondern die nachfolgende summa des Catechismi sampt den Texten fürgelesen werden.“ — Exhibet autem haec *Summa Catechismi* paulo fusiorem tantummodo expositionem eorum, quae in primis iam Catecheseos editionibus, certe in altera et tertia ed. a. 1563 habebantur. Vid. huius Collect. p. 396 sq.

1571, repetitá illá a. 1573 tradit ALPENIUS, referente NIEMEYER-RO 1): quam tamen vel ipse ALPENIUS, vel NIEMEYERUS male *quartam* dixit editionem, quod patet ex iis, quae modo de ed. a. 1565 monuimus. Versiculi certe indicantur, pluresque iam loci e Codice sacro afferuntur in editione *Germanicá*, quae prodiit a. 1584 *Heydelbergae*, hoc titulo insignita: *Catechismus oder Christlicher Unterricht, wie der in Kirchen und Schulen, der Pfaltz getriben wirdt. Ietzs auffs new gedruckt mit zuthuung der Versickel. Gedruckt in der Churfürstlichen Statt Heydelberg, durch Jacob Müller, in verlegung Matthei Harnisch. M. D. LXXXIII.* Quaestiones etiam numerantur, imo dicta q. d. probantia, eaque plures numero, ad verbum descripta et margini apposita sunt in alia ed. Germ., quae eodem anno *Neostadii* in lucem missa est, inscripta: *Catechismus oder kurtzer unterricht Christlicher Lehr, Wie der in der Chur und Fürstlichen Pfaltz Kirchen und Schulen getrieben wirt, sampt den Kirchen Ceremonien, Gebeten, und gantzen vollkommenen Zeugnissen Biblischer Schrift; wie die Capitel unnd Versickel zuvor auff dem rand allein mit der Zipher seind verzeichnet gewesen. Item, Antwort auff etlicher Theologen Censur uber die am rand dess Heydelbergischen Catechismi, auss heiliger Schrift angezogene Zeugnisse. Item, Antwort und Gegenfragen auff sechs fragen vom H. Nachtmal. Item, Artickel in dem die Euangelischen im handel dess Abendmals einig oder strittig sind, Gestelt durch D. ZACHARIAM URSINUM. Newstadt an der Hardt. 1584 2).* Ita et versus

1) I. l. praef. p. LVIII, ubi laudat ALPENII *histor. Catechismi Palatini* p. 22.

2) Causas factae huius edit. indicat Praef.: »Erinnerung von den Ursachen dieses Trücks.

»Es ist nicht jedermans gelegenheit, anderer geschafft und und" (sic) »zeit »halben, die angezogene sprüche auff dem rand dess Catechismi, in der Bibel »nachzusuchen und abzuschreiben. Was das für ein mühselige und verdriss- »liche arbeit sey, wissen die jenigen so es versucht haben. Zu dem ists im »schreiben, sonderlich mit der zal, gar bald übersehen.

»Auff dass dennoch menniglich desto besser verstehen möge, warauff sich ein »jede Frag mit ihrer Antwort fürnemlich gründe, Auch dass die Kirchen und »Schuldiener im lehren und predigen die sprüche der Schrift vollkommen und

indicantur, nec non quaestiones numerantur in *Latina* editione, quae *Antverpiae* eodem anno prodiit h. t.: *Catechesis religionis Christianae, quae in Ecclesiis et Scholis Palatinatus ac Belgii traditur: una cum notis brevissimis. Antverpiae Excudebat Aegidius Radaeus. CID. ID. XXCIV*: quâ cum editione textum Catecheseos Latinum, quem ex *URSINI Opp.* a *REUTERO* edd. *Heidelbergae*, a. *CID ID CXII* typis describendum curavi, contuli, lectionesque variantes annotavi. In notis autem illis brevissimis, quarum titulus mentionem facit, ad singulas fere quaestiones *CALVINI Catechesis* laudatur, nonnumquam etiam eius *Institutio*. Adiecta enim est haec editio libro, Commentarios in *Calvini Catechesin* continenti, totiusque libri hic titulus est: *In IO. CALVINI Catechesin Commentarii, A Francisco Burgonio e variis ipsius authoris operibus magna ex parte collecti, ac Gallicè editi: nunc vero in Latinam linguam conversi, ab IOANNE ARCERIO FRISIO. His accedit alia Catechesis, cuius in Reformatis Belgicae ecclesiis et alibi usus est, una cum notis brevissimis, quibus ducibus nullo negotio superiores COMMENTARIOS ad hanc ipsam Catechesin accommodare queas. Antverpiae, Excudebat Aegidius Radaeus. CID. ID. LXXXIV*. Alias editiones commemorant *ALPENIUS*, laud. a *NIEMEYERO*, et ipse *NIEMEYERUS* ¹⁾. Addo, tum Catecheseos compendium factum esse et editum a. 1576 h. t.: *Etliche fürnemste Fragstück dem gemeinen Volck, auch den jungen angehenden kindern zum besten, auss dem Catechismo, wie in der Churfürstlichen Pfaltz Kirchen und Schulen getriben würdt, gezogen. Gedruckt in der Churfürstlichen Statt Heydelberg, durch Jacob Müller 1576, tum egregiam Cate-*

»ungestümmelt anziehen, ihnen dieselben bekant unnd gemein machen, und »keine andere noch fremde, welche vielleicht zur sacht nicht dienen, möchten »einführen: So ist für gut angesehen, dass gemelter Catechismus mit den »zeugnissen Göttliches worts, wie die Capittel unnd Versickel zuvor auff dem »rand, mit der blossen zipher, sonderlich in dem Lateinischen Exemplar, »sind verzeichnet gestanden, in den Truck verfertigt würde." caett. — Post *indices rerum et lectionum* haec leguntur: *Gedruckt zur Newstadt an der Hardt in der Pfaltz, durch Mattheum Harnisch. 1584.*

1) l. l. p. LIX sqq.

chescos editionem in iuventutis usum prodiisse a. 1609, quam antea iam laudavi ¹⁾, et cuius editionis exemplar Theologi Palatini Synodo Dordracenae tradiderunt, quum suum *de Catechizandi ratione iudicium* eum illâ communicarent ²⁾.

Sed pergendum nobis est et videndum, qua ratione et quo tempore Catechesis Palatina a Nostratibus accepta sit et libri Symbolici auctoritate ornata. Quis primam Belgicam eius interpretationem dederit, dici non potest; nam quod nonnulli, in his BORSIUS ³⁾, affirmant, confectam illam esse a PETRO DATHEÑO, id argumentis idoneis probari nequit ⁴⁾. Sed conversam illam fuisse in Belgicum sermonem atque *Emdae* editam eodem iam anno 1563, quo primum in Palatinatu prodiit, constat; nam usus est hac editione LE LONG, eamque typis descriptam cum lectoribus suis communicavit ⁵⁾. Facta autem est haec interpretatio ad *alteram*

1) Vid. pag. LXVII. a. 3.

2) Vid. *Act. Syn.* Sess. XV, ubi vere: »Pro varietate puerorum,» inquit, »institutio Catechetica quoque varianda est. Pueris igitur hoc propinandum est. Hoc est, capita quinque pietatis et quaestiones paucae ex Catechesi »depromptae, quae summam Religionis contineant. Qui aetate paululum accreverint, iis solidior cibus proponendus. Hoc est, quaestiones in Catechesi »nostra asteriscis notatae, quae parvam quasi Catechesin faciunt. Grandiorum »in Scholis, praesertim oppidanis, alia ratio erit. His enim integra Catechesis »discenda: cum his per omnes Institutionis Catecheticae modos, Catechesis ipsa »erit exercenda. Qui modi quales sint docebit Catechesis Scholastica Palatina, »quam venerandae Synodo in hunc usum offerimus.» — Lectu dignissima est admonitio huic Catechesi praefixa (*Bericht wegen dieses fertigigten Schul-Catechismi*) p. 3—16, uti et Appendix eius (*Anhang dieses Catechismi*), quippe quae docere nos possint, quantum operae adhibuerint Palatini, ut optima ratione pueri instituerentur.

3) Vid. eius disput. laud. *Overzicht van het trapswijze toegenomen en betrachtigde gezag der Geloofsbel. en van den Catech.* caett. in K. et N. *Archief* caett. IX. p. 296.

4) Vid. LE LONG, l. 1. § LXXXVIII, p. 112 sqq. TE WATER *Lof en laster van DATHEEN*, adi. eius *Histor. der Herv. Kerk te Gent*, p. 213 et 's GRAVEZANDE, l. 1. p. 55.

5) Vid. huius ed. descriptio ap. LE LONG, l. 1. eiusque exemplar in *Addit.* primo p. 145—188.

ed. Germanicam a. 1563, a me datam : quod patet ex utriusque collatione, in primis e quaestione 80. Anno vero 1565 vel 1566 ipse DATHENUS Belgicam eius interpretationem procuravit, factam vel ad *tertiam* a. 1563 ed. Germanicam ¹⁾, vel ad ed. a. 1565 antea a me laudatam : quam primae *Psalmorum* versioni, a. 1566 a se procuratae, una cum ordine ecclesiastico nonnullisque precum formulis, quae apud Reformatos, *Frankenthal* degentes, in usu erant, adiecit ²⁾. Ita Catechesis Palatina nostratibus innotuit. Nec innotuit tantum; sed et magnopere iis placuit ³⁾: unde mox tum in Ecclesiis, tum in Scholis una cum Psalmis *Dathenianis* assumpta est. In primis autem eius usus invaluit ab eo inde tempore, quo multis Bibliorum, maxime Novi Testamenti editionibus Belgicis adiuncta fuit. Quod tamen non ita intelligendum est, ac si nulla alia Catechesis a nostratibus fuerit usurpata. Nam qui Gallico loquebantur sermone, Catechismo *Genevensi*, a CALVINO conscripto, utebantur: quod vel ex actis plurium Synodorum, mox laudandis, patet. Sed in Ecclesiis etiam, Belgico sermone utentibus, aliae nsurpatae fuerunt Catecheses: quod eadem Synodorum acta mox laudanda docebunt. Erant autem illae tum *Catecheses maior* et *minor*, quibus Ecclesia Londinensis utebatur, quarum priorem IOH. A LASCO confecerat, posteriorem M. MICRON ⁴⁾, tum libellus egregius, inscriptus: *Een Corte ondersouckinghe des Gheloofs, over de ghene, die haer tot de Duytsche Ghemeynte, die te Londen is, begheven willen. Vutghestelt, doer de Dienaers derselver. Coloss. III. Het Wordt Christi woene rijckelick in u, met alle wysheit*; primum a IOH. A LASCO a. 1551 Latine scriptus, deinde, nonnullis mutatis, ab

1) Vid. Scriptt. p. praec. a. 4 ll.

2) Vid. LE LONG, l. l. § XCII sqq. p. 116 sqq. in pr. § C. p. 131 sq. TE WATER l. l. p. 214 et 's GRAVEZANDE, l. l.

3) Cf. BORSIUS, l. l. p. 348—350, ubi contendit, Catechesin Heidelberg. magis etiam quam Confessionem nostratibus placuisse, cuius rei causas recte exponit.

4) Vid. dicta p. LXIII. Cf. de his Catechesibus in pr. LE LONG, l. l. § XXV sqq. p. 25 sqq.

Ecclesiae Londinensis Antistitibus in Belgicum sermonem conversus. Adiectus est antiquissimis Psalmorum *Dathenianorum* editionibus, et a IOH. ENS ¹⁾ repetitus. Sed his omnibus Catechesin *Heidelbergensem* nostrates praetulerunt, eamque in librorum Symbolicorum numerum retulerunt. Cuius rei causae fuerunt tum magna ipsius Catecheseos praestantia, de qua mox exponemus, tum PETRI DATHENI et CASPARI HEYDANI auctoritas, quorum ille in Synodo *Vesaliensi* a. 1563, hic in Synodo *Emdana* a. 1571, et *Dordracenâ* a. 1574 praesidis munere functus est. Etenim laudatam iam Synodus *Vesaliensis* Catechismi formulam non praescripsit quidem, attamen in Ecclesiis Teutonicis *Heidelbergensem* potissimum sequendam duxit ²⁾. Eandem sententiam liberalem tulit Synodus *Emdana* a. 1571 ³⁾. Synodus vero Prov. *Dordracena* a. 1574 Catechesi *Heidelbergensi* in omnibus Ecclesiis Scholisque utendum esse decrevit ⁴⁾. Quod decretum confirmatum est a Syn-

1) Vid. ENS l. l. p. 157 sq. et p. 244—252. Sed cf. etiam quae accuratius monuit LE LONG, l. l. § XXXI. p. 37 et *Voorr.* p. V. YPEY et DERMOUT, l. l. I. p. 432-439 et ann. 196—201. et I. VAN DEN NONERT *Voorr. voor het Kort Begrip* p. 57-71.

2) Vid. *Acta h. S.* communicata a IANSEN in *Archief* I. Vol. V. p. 440: »Catechismi vero formulam in ecclesiis quidem Gallicanis Genevensis, in Teutonicis vero Heidelbergensem, potissimum sequendam ducimus: quam tamen usque ad futuram Synodum liberam relinquimus.» In *Kerkel. Handb.* Cap. III. Art. 2. p. 27: »In de Nederlantsche Walsche Kerken sal men volgen de »Catechismus van Geneven; in de Duytsche Kerken, de Heydelbergse: dog wy »laten dit in de vryheyt der selve tot de eerste aanstaande Synode.»

3) Vid. *Acta h. S.* Art. 5: »De Broeders hebben gbeacht, dat men in den »Ghemeente der Francoischer spraecke, die forme des Geneefschen Catechismi, »ende in de Ghemeenten der Nederduytscher spraecke de forme des Heydelbergischen, behoord te gebruycken; doch alsoo, dat, of daer eenighe Kerken, »eene andere forme van Catechismus (den woorde Gods ghelyckformigh zynde) »ghebruyckten, die sullen te veranderen, niet ghedwonghen worden.»

4) Vid. *Act. h. S.* Art. 2: »De Broeders hebben besloten, dat men eenderley »Catechismum in allen onsen Kercken houden sal. Welcke Catechismus sal »wesen, de Heydelbergische, tot dat in *Synodo generali* anders besloten worde. »Doch het sal inder Dienaren vryheydt staen, dat se den sommigen in 't besonder het corte ondersoek laten leeren,» et Art. 22: — »Ten lesten sullen »wy» (de Kercken-Dienaars) »versorghen, dat de School-Meesters — oock mede

odis Nat. *Dordracena* a. 1578 ¹⁾ et *Medioburgensi* a. 1581 ²⁾. Estque illud amplificatum a Synodo Nat. *Hagana* a. 1586, quippe quae statuerit, doctrinae Christianae summam, duce Catechesi acceptâ, singulis diebus Solis in concionibus pomeridianis exponi debere ³⁾. Imo vero variae deinceps Synodi Catechesi Heidelbergensi aequae ac Confessioni fidei subscribendum esse decreverunt. Cuius rei initia iam cernuntur tum in *Ordine Ecclesiastico GUILIELMI I.* a. 1583, cuius Ordinis verba, hanc rem spectantia,

»den Cateehismum, ende andere dinghen (die der jeught nut zyn) leeren.“ Quaesitum etiam est in hae Synodo: »Of 't niet goet en ware, dat men op »den Cateehismum Homilias schreef.“ Responsum est: »Dat men dat sal laten »blyven.“ *Kerkel. Hantb.* p. 88, 99, 127.

1) Vid. *Acta h. S.* Art. 54: »In den Duytschen Ghemeenten sal men den »Cateehismum gebruycken, met de Psalmen van *Petro Datheno*“ (qui *Praeses* adierat) »overgeset; ende in de Walsche die metten Francoyschen Psalmen tot »noeh toe ghedruckt is. Het sal ooc de Duytsche Gemeente vry staen, het »eorte ondersoek des Geloofs, uyt den Cateehismo t'samen-ghetroeken“ (intelligendus est vel *Catechismus* in genere, cum IOH. ENS, l. l. p. 157 sqq. vel ille Catech., quem IOH. A LASCO conscripserat, quod praefertunt XPEY et DERMOUT l. l. I. ann. 417. p. 200 sq.), »ende metten voorseyde Psalmen *Datheni* »ghedruckt, te gebruycken, om te onderwysen, die hen tot de Gemeente begeven.“ *Kerkel. Hantb.* p. 159.

2) Vid. *Acta h. S.* Art. 12: »De Gemcenten sullen toe-sien, datter *Professores* ende School-Meesters zyn, die niet alleen de vrye Consten ende »spraecken leeren, maar oock de *Theologie* ende *Cateehismum*, cude hare toe- »hoorders ende Discipulen in de vreesse des Heeren onderwysen;“ et quaest. 19: »Wat Catechismus in de Gemeenten gebruyckt sal worden? Antw. De »Nederduytsehe Gemeenten sal gebruycken de gene die met der Psalmen van »*Petrus Dathenus* overgeset en de Walsche die met die Franchoysehe Psalmen »tot noch toe gedrukt is geweest. Het sal oock den Nederduytsehe Gemeenten »vrystaen, een eort ondersoek des Geloofs uyt den Cateehismo t'samen ge- »togen, ende met de voorseyde Psalmen *Datheni* gedrukt, te gebruycken, »om die te onderwysen, welcken haer ten Avondmale begeven.“ *Kerkel. Hantb.* p. 186, 215.

3) Vid. *Acta h. S.* Art. 61: »De Dienaers sullen alomme des Sondaegs or- »dinaerliek in de na-middaegsehe Predicatie, de somma der Christelycke Lecre »in den Cateehismo, die tegenwoordig in de Nederlandsehe Kercken aengeno- »men is, vervattet, cortelyck uyt-leggen, alsoo dat deselve jaerlycx magh ge- »neyndigt worden, volgende afdeclinge des Cateehismi selfs daer op gemacckt.“

repetita sunt in *Ordine Eccles.* a. 1591 ab Ordinibus Hollandiae et West-frisiae confecto 1), tum in Actis Synodi Nat. *Haganae* modo laudatae 2), tum vero etiam, et in primis quidem in statutis Synodi Prov. *Medioburgensis* a. 1591, quae facultatem, quam Synodus *Hagana* Ludimagistris dederat, sacrorum Antistitibus quoque largita est vel *fidei Confessioni*, vel *Catechesi Heidelbergensi* subscribendi 3): quam tamen facultatem nullus eorum arripuisse videtur 4). Diserte autem decretum illud fuit a Synodis Prov. *Goudaná* a. 1601, *Drenthaná* 1602, *Hornaná* a. 1608, in primis *Verensi* a. 1610, *Harderovicená* a. 1612, *Harlingensi* a. 1622, cui praeiverant *Ordines Frisiae* a. 1616, mandantes Ecclesiasticis, ut neminem ad S. Ministerii munus obeundum admitterent, nisi qui ét fidei Confessione ét Catechesi Heidelbergensi vellet subscribere, et *Delphensi* a. 1618 5). Sed quod

1) Vid. ROYAARDS *de Staats-kerkorde van Willem I*, antea iam a me laud., in *Archief* XIV. p. 340 sq.: »Ende omme te verhoeden dat die ghene die »beroupen wordt, nyet en si van eenyge quade gevoelen, sal van noode wesen »hem te doen verclaren, dat hij wil houden en naevolgen die leeringe der heylige Propheten ende Apostelen, soo als die begrepen is in de Oude ende Nyeuwe »Testamente ende *sommierl. vervattet in de Catechismus* bij de kercke van »Hollant" (Ord. a. 1591 habet: *Holland en Westfriesland*) »aengenomen." Cf. TE WATER, *Tweede Eeuwget.* caett. p. 142. et BORSIUS *Overzigt* caett. p. 298. a. 23. p. 355 sq.

2) Vid. *Act. h. Syn.* Art. 48, laud. iam p. XXIII. n. 4., in quo tamen articulo *Magistri ludi* tantummodo commemorantur.

3) Vid. *Act. h. Syn.* Art. 45.: »De Dienaers des Woorts — sullen de be- »lijdenissc des Geloofs der Nederlantsche kerken, of den Christelijken Catechismus ondertekenen, en de Dienaers des Woorts, die sulks sullen refuseeren, »sullen de facto van haeren dienst, bij den Kerkeract, oft Classe opgeschort »worden" caett. Cf. TE WATER, l. l. p. 141.

4) Vid. BORSIUS, l. l. p. 295, 298 et a. 21 p. 355.

5) Vid. YPEY et DERMOUT, l. l. I. p. 460—464. BORSIUS, l. l. p. 298—304. Tradunt quidem YPEY et DERMOUT l. l. p. 463, utriusque libri subscriptionem factam iam fuisse *Groningae* et in *Omlandia* inde ab a. 1595, sed dubia fit haec traditio eo, quod ROYAARDSIUS narrat tum de Ms., *Acta Synod. Prov. Urbis Groningae et Omlandiae* continente, tum de *Repertorio Syn. Groning.*, quae nullam eius rei mentionem faciunt. Vid. illius *Hedend. Kerk-regt bij de Hervormden in Nederland*, caett. t. II. p. 123. a. 1.

diversae illae Synodi *Provinciales*, uti nonnullae quoque Classes ¹⁾ statuerant, id comprobatum est a Synodo *Nationali Dordracena* a. 1618, 1619. Namque approbatâ fidei Confessione, »illustres »Delegati declararunt, hanc quoque esse Illust. DD. Ordinum generalium voluntatem, ut Catechesis Palatina iam olim ab Ecclesiis »Belgicis recepta, atque in iisdem hactenus tradita, eundem in »modum recognosceretur atque examinaretur: utque singuli declararent, num quid in hac Catechesi tradi existimarent, quod verbo »Dei non consentire videretur. Hunc in finem omnes quaestiones »et responsiones ejusdem relectae fuerunt; rogatique sunt singuli, »ut sententiam suam de doctrina in eadem contenta, sincere de- »clararent 2).” Quo facto »declaratum fuit, consentientibus omnium tam exterorum, quam Belgicorum Theologorum suffragiis, »doctrinam in Catechesi Palatina comprehensam, Verbo Dei in »omnibus esse consentientem, neque ea quidquam contineri, quod »ut minus eidem consentaneum mutari aut corrigi debere videretur, ipsamque hanc Catechesin esse admodum accuratum Ortho- »doxae doctrinae Christianae compendium, singulari prudentia non »tantum ad tenerae adolescentiae captum, verum etiam eorum »qui adultiores iam essent, commodam institutionem accommodatum. Ac proinde eam in Ecclesiis Belgicis magna cum aedificatione doceri posse, atque omnino retineri debere” ³⁾. Quibus haec adduntur in Actis Synodi ab HEYNGIO conscriptis: »Specia- »liter autem dixerunt Theologi Mag. Britanniae, se habere explanationem articuli de descensu Christi ad inferos fidei analogam, »etiamsi sint, qui statuunt sensum illum isto articulo non contineri, quod idem etiam a Bremensibus dictum fuit. Palatini »Catechesin hanc iussu Friderici III. Elect. Palatini, honoratissae »Memoriae, a celeberrimis Theologis A°. 1563 summâ curâ fuisse

1) Vid. *Synopsis der Handd. van de Classis van Nijmegen, van het jaar 1590 tot 1660, te zamengebragt door DAVID HEYSTER, Pred. te Ressen in Over-Batuwe. Uit het oorspronkelijk onuitgegeven Handschrift medege- deeld door N. C. KIST, in K. et R. Archief, Vol. XV. p. 30, 33, 39.*

2) Vid. *Act. h. S. Sess. CXLVII.*

3) Vid. *Act. h. S. Sess. CXLVIII.*

»conscriptam, et a variis, diversis temporibus oppugnatam quidem,
 »sed a nemine expugnatam, ipsumque Electorem Fridericum istius
 »defensionem in Comitibus Imperialibus Augustae Vindelicorum”
 (sic) »a Maximiliano Imperatore A°. 1566 celebratis, ex verbo Dei
 »adversus quoscunque suscepisse. Considerationes autem remon-
 »strantium, de quibus in Palatinatu iam ante multa audiverant,
 »a se nunc visas et examinatas 1), ipsam hanc Catechesin sibi
 »amabiliorem reddidisse, quia videant non cum Scriptura s. sed
 »cum Socino comparatam eam fuisse, et rel” 2). Ipsas subscri-
 »ptionis formulas, a Synodo constitutas, iam antea dedi 3). Eadem
 Synodus de usurpanda Catechesi Heidelbergensi haec decrevit.
Primum »statutum fuit, — articulum”, quem ex Actis Synodi
 Haganae a. 1586 modo laudavimus 4), »in primis esse renovan-
 »dum, omnibusque Pastoribus non tantum in urbibus, sed et in
 »omnibus pagis serio et sub gravi censurae Ecclesiasticae poenâ
 »mandandum esse, ut diebus Dominicis post meridiem semper
 »habeant conciones Catecheticas; in quibus Catechesis Palatina, in
 »Ecclesiis nostris recepta eo ordine explicetur, quo in dicto arti-
 »culo praescriptum fuit. — Quoniam autem combinationes, seu
 »coniunctiones Ecclesiarum quae in agris, multis in Provinciis cre-
 »brae sunt, saepe non permittunt, ut ab uno Pastore singulis
 »diebus Dominicis, uno in pago binae habeantur conciones, ad-
 »laborandum erit in singulis Classibus, ut, si ullo modo fieri
 »possit, combinationes illae tollantur, atque ut singulae Ecclesiae
 »Pastorem suum habeant. Si autem hoc fieri non possit, dabunt
 »operam Pastores illi, qui binis simul inservient Ecclesiis, ut al-
 »ternis saltem vicibus, post meridiem conciones habeant Cateche-
 »ticas. Ut autem Pastores omnes hac in parte officio suo debite
 »et sedulo fungantur, advigilabunt diligenter Ecclesiarum visita-
 »tores, ut si quos fortè deprehendant, huic Synodicae constitu-

1) Exhibuerant enim Remonstrantes suas, ut vocabant, in Catechesin consi-
 derationes. Vid. *Act. Syn. Sess. XXXIX.*

2) Vid. *Act. laudd. ms. ad Sess. 140. pag. 150.*

3) Vid. p. XXIV—XXVI.

4) Vid. p. LXXVI a. 3.

»tioni morem non gerere, eos ad Classem deferant, quo eorundem »negligentia iustâ censurâ seriò corrigatur: uti quoque Ecclesia- »stica censura digni censentur, si qui Religionem Reformatam »professi, conciones illas pomeridianas frequentare, et familias »suas ad eas adducere detrectabunt” 1). *Deinde* triplicem Catecheseos formulam, ad triplicem iuventutis conditionem accommodatam, in Scholis esse sequendam decrevit. »Prima”, inquit, »erit in usum puerorum, quae contineat Symbolum Apostolicum, »Decalogum, Orationem Dominicam et Sacramentorum ac disciplinæ Ecclesiasticae institutionem, cum brevibus quibusdam pre- »catiunculis, et quaestiunculis simplicissimis, ad tres Catecheseos »partes accommodatis. Quibus addi poterunt insigniora quaedam »S. Scripturae dicta, ad pietatem excitantia. Secunda erit, com- »pendium breve Catecheseos Palatinae, in Ecclesiis nostris usitatae. »In quo porro instituentur ii, qui iam aliquo usque in priore »profecerint. Utraque autem formula, vel ad exemplum Ecclesi- »arum Palatinatus 2), vel Ecclesiae Middelburgensis 3), vel ratione »ab hac Synodo praescripta, concinnabitur. Tertia erit Catechesis »Palatina, ab Ecclesiis nostris recepta, in quâ provectiores aetate »et profectu erudiantur. Ecclesiae autem Gallo-Belgicae, quae »Genevensi Catechesi hactenus utuntur, ejusdem usum in Scholis, »atque Ecclesiis servare poterunt. Aliis autem Catechizandi for- »mulis uti Ludimagistris in Scholis non licebit. — Curabunt quoque »Ludimagistri, ut discipuli non tantum hasce formulas ediscant; »sed et doctrinam iisdem contentam probe intelligant. Quem in »finem easdem pro singulorum captu dilucide explicabunt, et an »sensum recte perceperint, diligenter ac saepius examinabunt. Iu-

1) Vid. *Act. Syn. Sess. XIV.*

2) Significatur *Catechesis Pal. scholis destinata*, cuius exemplar Theologi Palatini Synodo obtulerant, antea a me laud. Vid. p. LXXXIII.

3) Significatur libellus inscriptus: *Cort begrip der Christelijke Religie voor die haer willen begeben tot des Heeren heilig Avontmael*, qui verosimiliter ab HERM. FAUKELIO conscriptus, *Medioburgi* inde ab a. 1608 in usu erat, et a. 1637, in nova versione Bibliorum Nederlandica, Confessioni fidei adiecta est. Vid. HERINGA *Kerk. Raadvr. IV. 2. p. 118* et quos laudat: quibus add. BORSIUS *Herm. Faukclius caett. in K. et R. Archief vol. XV. p. 223* sq.

»ventutem scholasticam, disciplinae suae commissam, singuli Lu-
»dimagistri ad audiendas conceiones sacras, in primis autem Cate-
»cheticas, adducent, earumque rationem diligenter exigent" 1).
Quorum decretorum prius confirmatum est a Synodo Nationali
a. 1816. et 1823, quippe quae Ecclesiarum Visitoribus manda-
vit inquirere, num s. Antistites sermones sacros habeant de Catechi-
simo 2), uti et a Synodo a. 1825, quae eiusmodi sermones habendi
officium s. Antistitibus diserte iniunxit 3): in quo persistendum

1) Vid. *Act. Syn.* Sess. XVII, in qua Sessione »ad formulas minorum Ca-
»ntchesium concipiendas deputati sunt *Franciscus Gomarus, Ioannes Poly-*
»ander, Antonius Thysius, Hermannus Faulkelius, Balthasar Lydius et
»Godefridus Udemannus: monitique sunt, ut in concipiendis hisce formulis,
»quantum fieri potest, majoris catecheseos verbis inhaereant." Itaque hi duas
formulas, a se conscriptas, Synodo obtulerunt Sess. CLXXVII, quarum »mi-
»nima fuit praelecta, atque approbata, ea lege ut quaedam adhuc illi ex ma-
»jori catechesi addantur. Alteram, quae erat major, judicavit D. Praeses non
»esse praelegendam, quia prolixior videbatur, statutumque fuit, Ecclesias aut
»hac uti posse, aut alia illâ, quae ab Ecclesia Middelburgensi conscripta at-
»que edita est." Addo quae hac de re narrat NEYNGIUS l. I. ms. p. 225: »Is
»gelesen een kleyn end cort Extract uyt den Catechismo getrocken, end ge-
»stelt voor de aencomende kinderen, end daerby getoont noch een ander,
»wat grooter voor de gene die wat ouder geworden synde, haer souden mo-
»gen beginnen te praepareren totten Avontmael des Heeren, beyde naer ordre
»deses Synodi door sekere daertoe gelastede (gelyck hierboven Sessione 18" (in
»ipsius Synodi actis Sess. XVII) »geresolveert was) gestelt. Maer op dat dese
»Schriften by het volck niet gehouden souden worden voor nieuwe Catechismi,
»oft tot eenige verwerringe der Gemeente, end tot disreputatie des aengenom-
»men Catechismi soude strecken: soo is goetgevonden, dat men blyvende by
»den gewoonlycken Catechismum, by bet A. B. C. boeck, dat in de schoolen
»gebrukelyck is, uyt het kleyne ende corte extract nu voorgelesen, eenige
»vraechskens sal voegen: End aengaende 't andere, dat men in plaetse van een
»corte ondersoeking de kercken recommendere het formulier, tot sulcken eynde
*»gestelt by die van Middelburg." Cf. et BRANDT *hist. d. Ref.* III. 64-66.*

2) Vid. *Reglem. op de Kerkvisitatie* 1816. Art. 17. »3^o Prediken zij ook
»gezettelyk over de Catechismus?" *Gerevideerd Reglem. op de Kerkvis.* 1823.
Art. 12: »1^o. B. Of zij op zon- en feestdagen alle de gewone predikbeurten,
»ook die over den Catechismus, waarnemen" caett.

3) Vid. *Algem. Reglem. op de zamenstelling en werkzaamheden der Ker-*
kenraden caett. Art. 20: »Zij moeten gezettelyk prediken over den Catechis-
»mus" caett.

esse a. 1831 decrevit; reiecta quorundam propositione, qui alternis tantummodo vicibus, diebus dominicis, Catechesin coram populo Christiano explicandam esse existimarent 1).

Quod attinet ad editiones nostrae Catechesos Belgicas, de his haec pauca monuisse sufficiat. Prima prodiit iam a. 1563, cuius exemplar, accurate typis descriptum, LE LONG Operi, saepius a nobis laud. adiecit 2). Altera et tertia, DATHEMI versionem exhibentes, in lucem missae sunt, a. 1566 3). Deinde singulis fere annis novae prodierunt editiones, parum correctae. Itaque emendatam procuravit editionem a. 1580 GASPARUS VAN DER HEYDEN, de qua, cum verbo tantum commemorata sit a LE LONG, paulo accuratius est dicendum. Titulus hic est: *Catechismus ofte onderwysinghe inde Christelijcke Religie, welcke inden ghereformeerden Euangelischen Kercken ende Scholen der Nederlanden gheleert ende gheoeffent wert. Mitsgaders de Christelijcke Ceremonien ende Ghebeden. Met neersticheydt oversien ende gecorrigeert door GASPARUM VAN DER HEYDEN. Marc. 8. 38. Wie hem mijns ende mijnder woorden sal gheschaemt hebben, in dit overspelighe ende sondich gheslachte: diens sal hem de Sone des menschen oock schamen, als hy comen sal inde heerlijkheydt zijns Vaders, met synen heylighen Enghelen. v' Hantwerpen, bij Gielis van den Rade, op 't Vlemincxvelt in den gulden Rinck. 1580. Met gratie ende Privilegie: in qua editione procuranda quid fecerit, ipse in praef. his verbis narrat: »Totten Christelijcken Leser. Also daer een ontalijcke menichte »exemplaren des Christelijcken Catechisini (welcke in allen gherefor-*

1) Vid. *Act. Syn.* a. 1831. p. 69, 153—159, 161. Leg. NICOLAI VAN WIJK Comm. Theol. qua respondetur ad quaest.: »laudetur et a vituperatione defendatur institutum, quo in reformatis patriae nostrae coetibus, doctrina Christiana, duce Catechesi Palatina, exponitur,» praemio orn. a Facultate Theol. Acad. Rheno-Traiect. a. 1835. inserta huius Acad. ann.

2) Vid. LE LONG *Kort histor. verk.* caett. § LXXXVIII. p. 112 et *Eerste Bylaege*, p. 145—188.

3) Vid. LE LONG, l. 1. § C. p. 131.

»meerden Euangelischen Kercken, ende Scholen deser Nederlanden, »gheleert ende gheoeffent wort) gedruet zijn, ende dattet lichtelijck geschiedt, dat metter tijd sommighe woorden ende texten »der schrifturen misdruet worden, in sonderheyte alsser niemant »is, die daerop acht neemt. Soo ist wel noodich gheweest, dat »dit boecxken eens soude oversien, ende ghecorrigeert worden: »dwelek siende, ende oock van anderen daertoe versocht sijnde, »ick hen beweecht geweest, tselve, van allen misdrueten, oft »onduytschen woorden, na het Latijnsche exemplaar te suyveren. »Item de marginale texten ende veerskens te corrigeren, ende op »hare plaetse aen te wysen, mitsgaders noeb vele van nieus daer- »toe te voegen, dwelek den neerstighen Leser gheen cleyn behulp »sal wesen, om in de hoofstucken der Christelijcker Religie (die »een yegelijck Christen behoort te verstane) bevesticht te worden.— »Ick heb oock sommighe plaetsen der h. Schrifturen *vander kin- »dertucht*, by den voorseyden Catechismo ghevoecht, opdat d'ou- »ders ende alle godsalighe schoolmeesters vermaent wierden, de »kinderen van jongs op, de kennisse ende vreesse Gods (die t' be- »ginsel aller wijsheyt is) in te planten, den Heere te leeren bid- »den, ende haren ouderen, midtsgaders allen die over hen gestelt »zijn, alle eere, liefde, ende trouwe te bewysen, ende hen harer »goeder leere ende castydinghe met behoerlijcker ghehoorsaemheyt »t' onderwerpen. Ten lesten heb ic een Register aller dinghen »(daervan gehandelt wort) daerbij gevoecht, hopende dat alle »Christenen ende goethertige Lesers, desen arbeyt, die alleen tot »voorderinge der eeren Godes, ende stichtinghe vcler menschen »ghedaen is, sullen in dancke nemen, ende t' haren besten ghè- »bruycken ¹⁾. Porro laudantur editiones *Delphensis* a. 1582,

1) Non possum non cum lectoribus meis communicare, insertum esse huic ed. post formulam administrandi s. lavationis ritum p. 53—62, Compendium Catechismi, quod pro PHILIPPI MARNIXII *Aldeg. Catechismo minore* habendum esse conicio, quem Catechismum KOECHERUS (l. l. p. 162) et XYEY et DERMOUT (l. l. I. p. 505 sq. et a. 490*) verbo quidem commemorant, sed numquam se vidisse fatentur. Inscibitur: *Een corte Forme der belydinghe des Ghehoofs, ghestelt na de orden des Catechismi, voor die hen totter gemeynten, ende*

Medioburgensis a. 1591, *Arnhemensis* a. 1608, *Medioburgensis* a. 1611, ex mandato Synodi Prov. *Zelandicae* procurata, *Amstelodamensis* a. 1615 ab ANTHONIO THYSIO in usus Synodi Nat. *Dordracenae* a. 1618, 1619 emendata, et *Dordracenae* a. 1725 1.)

den h. *Aventmale Jesu Christi begheven willen*, estque eo pluris faciendum, quo certius utriusque collatio docet Compendium, ab HERM. FAUKELIO conscriptum, (Vid. p. LXXX. a. 3.) licet in plurimis ab eo diversum sit, ad illius tamen formam esse confectum. Quod ut pateat, utriusque initium et finem hic describere iuvat:

Een corte Forme caett.

1 Vraghe. Hoe veel stucken zijn eenen Christen noodich te weten?

Antwoorde. Voornamelijck drye / ten eersten / hoe groot zyne sonden / ende ellende sy. Ten anderen / hoe hy van alle syne sonden / ende ellende verlost wert. Ten derden / hoe hy God / voor sulcke verlossinghe sal danckbaer zijn.

4 Wat begheert ghy in desen ghebede van Godt?

Ten eersten / dat al wat dienende is tot syner glorie / gevoordert werde / ende wederom gheweert / dat de selve is verhinderende / oft synen wille wederstaende.

Ten anderen / so begeere ick hulpe ende bystandt / in alle nootwendicheyt / dersielen ofte des lichaems / teghen de becinghe des Duyvels / Amen, het sy also / ende ick ben seker / dat my de hemelsche Vader / om Christus wille / verhoort heeft.

Cort Begrip caett.

1 Vr. Hoe veel stucken zijn u noodich te weten, opdat gij wel getroot salichlyck leven ende sterven mooght?

Antw. Drie stucken: Ten eersten / hoe groot mijnsonde ende ellende zij. Ten anderen / hoe ik van alle myne sonden ende ellende verlost werde: Tenderden, hoe ik Godt voor sulcke verlossinghe sal danckbaer zijn.

74 Vrag. Wat begheert ghy van Godt in desen gantschen ghebede?

Ant. Ten eersten / dat al wat dient tot Godts eere / gevordert werde / daer en tegen gheweert dat deselve verhindert ofte zijnen wille wederstaet. Ten anderen / dat hy my met alle nootdruft na den lichame versorge / ende na der ziele my beware van alle quade, welke my aen myn salicheyt soude mogen schadelick zijn / Amen.

1) Titulus hic est: *Catechismus ofte Onderwijsinghe in de Christelijke Religie: welcke in den ghereformeerden Euangelischen Kercken ende Scholen der Ceurvorstelijcken Pfaltz ende der Nederlanden, geleert ende geoeffent werdt: Wt de Hooch-duytsche Cope, in het Jaer des Heeren 1563 wtgege-*

et a. 1737 1): quibus addatur editio *Amstelodamensis* a. 1811. repet. a. 1833, a s. Antistite Ecclesiae Reformatæ docto harumque rerum peritissimo (P. MEYBOOM?) procurata 2). — Lectiones variantes annotarunt ENS et LE LONG 3).

Commentarios vel in totam Catechesin Heidelbergensem vel in nonnullas eius Sectiones scripserunt tam multi, ut infinitus fere dicendus sit illorum numerus, maxime apud Nostrates. VAN ALPHEN dedit iam catalogum nonaginta Scriptorum 4): quem multis auxit nominibus KOECHERUS 5), quibus alia addi possunt quam plurima. Praecipuos eius interpretes laudavit CLARISSE 6). Ultimi fuerunt

ven, in de Nederduytsche sprake int' selfde Jaer te Heydelbergh overgeset en ghedruckt: ende by de Nederlantsche Kercken door autoriteyt des Nationalen Emdischen Synodi A. 1571. ende volgens van andere, int gemeyn aengenomen, meermaels en overal in de selvige Landen ghedruckt: ende wederom van alle misdrucken ende onduytsche woorden, t Antwerpen Anno 1580: tot Delft int' Jaer 1582. tot Middelborch Anno 1591. tot Arnhem Anno 1608. ende ten laesten A. 1611 by last des Zeewschen Provincionalen Synodi, vlytelyck oversien ende ghesuyvert: ende teghenwoordelijck van nieuw met de Latijnsche, Hoogduytsche, en Nederduytsche oude ende beste Copee vergeleken, en nae de selvige verbeteret. Mitsgaders de ghetuyghenissen der Heyligher Schrift, nae de voorseyde Copyen t samen ghevoecht, de versieninghen insonderheyte des ghetals, gebetert, ende yegelyck op zyn gebeurlycke plaetse, onder een jeder Sondachsche onderscheydinghe ghestelt, tot bewysinghe ende bevestinghe der waerheyte des selven, in ed. Symbolicorum nostrae Ecclesiae librorum a Classe Delphensi procurata, et antea a me laud., Dordraci, apud Mattheum de Vries. 1725.

1) Cf. LE LONG, l. l. § C. p. 131 sq.

2) Titulus est: *De Heidelbergse Katechismus; met de voornaamste Schriftuurplaatsen, op iedere Vraag en Antwoord toegepast; tot stichting der Gemeente en leering der Christelijke jeugd. Nieuwe verbet. Uitgave. Te Amst. bij Schalekamp en van de Grampel. 1833.* Vid. de hac ed. XPEY et DERMOUT l. l. I. a. 451. p. 210.

3) Vid. ENS, l. l. p. 47 sqq. in pr. LE LONG l. l. § CI. p. 132—134.

4) Vid. HIERON. VAN ALPHEN *Oeconom. Cat. Pal. Proleg.* § 41.

5) Vid. KOECHERUS *Catech. Hist.* l. p. 298—344 et Addit. CRAMERUS.

6) *Encycl.* l. § 90. a. 9. p. 496.

apud Germanos MUSLIN ¹⁾ et KRALL ²⁾; apud Nostrates LIEFSTING ³⁾, VAN DER LINDEN ⁴⁾, REDDINGIUS ⁵⁾ et BOOIMAN ⁶⁾.

Quod attinet denique ad pretium Catechesi Heidelbergensi statuendum, de eo non una est eademque omnium sententia. Nam alii summis illam celebrarunt laudibus; alii vero eam vituperarunt, certe haud paucas dubitationes, in primis contra doctrinam, in ea traditam, moverunt. Primi illam carpsere HESHIUS, LAURENTIUS ALBERTUS, FRANCISCUS BALDUINUS et FLACIUS ILLYRICUS, quos omnes URSINUS ipse copiose refutavit ⁷⁾. In nostra patria a. 1583 »instituta est» (verba sunt VENEMAE ⁸⁾) »collatio

1) D. MUSLIN *Analysen über den Heidelb. Katech. bloss zum Gebrauch für Geistlichen und Schullehrer.* ed. 1. 1806. ed. 2. 1817. ref. A. BOOIMAN in Praef. I. mox laud. praem. p. VIII sq.

2) M. KRALL *Predigten ub. d. Heidelb. Katech.* 2 Th. Elberf. 1833, 1834. Vid. RHEINWALD *Repertor.* VII. 152 sq. 155 sq.

3) F. LIEFSTING, *de leer der Gereform. Kerk naar den leidraad van den Heidelb. Catech. verklaard en toegepast ter onderw. en sticht. van ongeleerden.* 3 tt. ed. 2. Leovard. 1820—1822,

4) I. VAN DER LINDEN, *Proeve eener vrye behandeling van den Heidelb. Katech., in den geest van het gezuiverd Christendom, overeenkomstig het beginsel der Kerkhervorming.* Gron. 1825, 1826. 4 Partt.

5) G. BENTHEM REDDINGIUS, *Ontwerpen van Leerr. over den Heidelb. Catech.* Gron. 1805. cuius et 2^a et 3^a ed. prodiit. Tomus tertius Catecheseos historiam exhibet.

6) *Handl. tot gebruik van den Heidelb. Katech. voor Nederl. Christenen en aankomende Leeraars bij de Hervormden. Vrij gevolgd naar het Hoogd. van DAVID MUSLIN — door A. BOOIMAN.* Te Zwolle ed. 1. 1819. ed. 2. a. 1830.

7) Vid. URSINI *Opp.* 1. t. II. *Epist. dedicat.* p. 2, 3. in pr. *Praef. in Apolog. Catech.* ib. p. 3, 4 et ipsa *Apologia Catechismi Ecclesiarum et Scholarum Electoralis Palatinatus, Heidelbergensis vulgo dicti, contra cavillationes mataeologorum a z. URSINO Theologicae Facultatis Acad. Heidelberg. nomine scripta, et ed. Germanico idiomate, a. Domini 1564,* ib. p. 1—54, uti et eiusdem *Ad Theologorum quorundam in vicinia de Catechesi Palatina, et testimoniis s. Scripturae ad illius marginem adnotatis, Censuram — responsio, scripta a. 1564. mense Aprili,* ib. p. 59—76. alia ne commemorem. Cf. ALTINGII *histor.* 1. p. 84 sq. VAN ALPHEN, 1. 1. Prol. § 43 et KOECHERUS, 1. 1. p. 249 sqq.

8) Vid. eius *Hist. Eccles.* VII. p. 294 sq. Cf. BORSIUS *Overzicht caett.* p. 313, et quos laudat a. 36.

»Hagae Comitum inter COORNHERTIUM et SARAVIAM Professorem
 »Theologiae de nonnullis rebus in Catechismo mutandis; sed quae
 »nob nimiam disputantium et scribentium prolixitatem est abrupta,
 »licet eam summo studio persequi voluerit COORNHERTIUS, sedibus
 »propterea Hagam translatis. Occasionem colloquii praebuit COORN-
 »HERTIUS, libello edito, cui titulus *examen Catechismi*, Ordini-
 »bus Hollandiae dedicato, in quo Catechismum erroribus et vitiis
 »scatere instituit demonstrare, in specie, quod *homo naturâ di-*
»ceatur inclinatus ad Deum et proximum odio habendum, quod-
 »que impossibile declaretur, *ut homo legem amoris Dei et pro-*
»ximi perfecte observet. Exstat inter COORNHERTII opera tom.
 »III." Cuius vestigia prementes *Remonstrantes* multas dubitati-
 ones, quas *Considerationes expendendas* dicebant, et in Confes-
 sionem fidei Belgicam, et in Catechesin Heidelbergensem in me-
 dium protulerunt. Erant autem tum *generales*, tum *speciales*,
 quarum hae quidem vel Confessionem, vel Catechesin; illae vero
 utramque spectabant 1). Quibus alias etiam dubitationes addide-
 runt C. NIELLIUS, TH. GOSWINIUS, ASSUERUS MATTHISIUS et IS. FRE-
 DERICI 2). Sed hos aliosque refellerunt Anonymus quidam 3),
 I. LAURENTIUS 4) et L'ENFANT 5). *Goudani* anno certe 1608 in sua
 urbe nondum admiserant Catechesin Heidelbergensem, »quod esset,
 »ut ferebant; scriptum humanum" 6). Anno denique 1796, (nc

1) *Generales* vid. in *Actis et scriptis Synodalibus Dordracenis Ministrorum Remonstrantium in Foeder. Belgio*. Harderovicî a. 1620. p. 86 sq. *Speciales*, Catechesin spectantes, ibid. p. 102—121.

2) Vid. *Acta ann. praec. I. p. 121—133.*

3) in l. inscr. *Wederlegging eenes Boeckkens, ghenaemt Proeve van den Nederlantschen Catech. bij D. Cornhert uitghegeven, in welcke hij poogt te bewysen, dat de Catech. voortghecomen is, niet uit de Goddelicke Schrift, maer uit 't menschelicke vernuft. Delft 1585.*

4) I. LAURENTIUS, *Schild des gheloofs; ofte grondige Wederlegginghe, van seecker Dialogus of t'Samensprekinghe, door A. de Monte Bello, waarin ondersocht word, of de Catech., welcke in Holland ende elders ghebruyckt word, op Gods woord gegrond is, of niet. Amst. 1633.*

5) *L'innocence du Catechisme de Heidelberg démontrée par L'ENFANT. Amst. 1723.*

6) Vid. IOH. ACRONII *epist. data ad DN. CORN. VORSTIUM*, Gron. Calend.

commemorem alios, quorum mentionem fecit KOECHERUS) 1) accerrimus in nostram Catechesin factus est impetus a viro ven. FLOH, sacerorum apud Teleiobaptistas Antistite, quem compressit ven. EWALDUS KIST, aliis applaudentibus, aliis vero contradicentibus 2). Sed fuerunt itidem quam plurimi, qui maximi Catechesin Heidelberg. fecerint: unde in multas conversa est linguas 3); summisque cum laudibus celebraverint: quos omnes enumerare longum est. Plures commemoravit KOECHERUS 4); quibus alii addi possunt bene multi, e. c. e Nostratibus YPEY et DERMOUT 5), CLARISSE 6), in primis BERINGA 7), et qui ab eo laudantur, BOUMANNUS et ROYAARDSIUS 8), nec non e Germanicis TITTMANNUS 9), BECKHAUSS 10) et SEISENUS 11).

Decemb. A. 1608, quae habetur in THOMAE CRENI *Comm. Philol. et Histor.* Part. III. Amst. 1711. p. 292, ubi tradit etiam, Goudanos seorsim, citra approbationem omnium aliarum Ecclesiarum Belgicarum Catechesin suis dedisse: de qua: »Videbis,» inquit, »quam belle isti capita doctrinae praecipua deliniment. Imo Cothurnum videbis, sectis omnibus convenientem.» FUSE de hoc Catechismo exposuit KOECHERUS *Cat. Hist.* p. 155—161.

1) l. i. p. 451 sqq.

2) *Aanmerkk. over de stelling van den Heidelb. Katech.:* WIJ ZIJN VAN NATURE GENEIGD GOD EN ONZEN NAASTEN TE HATEN, *bij gelegenheid dat de Burger Repraesentant J. H. FLOH heeft kunnen goedvinden deze stelling te verklaren als strijdig met de Broederschap en verderflijk voor de Maatschappij, door EWALDUS KIST.* Amsteld. 1796. Cf. et *Brief aan — EW. KIST, — betrekkelijk zijne onlangs uitgegevene Aanmerkk. tegen den Burger Repraesentant FLOH, enz. door JAN BAKKER.* Amsteld. 1796. E. D. L. *Brief den Eerw. EW. KIST — toegezonden, over deszelfs onlangs uitgeg. Aanmerkk. caett.* Amst. 1797. EW. KIST *Vervolg van Aanmerkk. — tot antwoord op den brief van den Eerw. JAN BROUWER.* Amst. 1797. I. BROUWER, *Iets tot wederantwoord aan den Eerw. EW. KIST.* Amst. 1797.

3) Vid. VOETIUS *Pol. Eccl.* P. I. L. II. Tr. III. Cap. I. p. 865.

4) l. i. p. 441 sqq. 457 sqq. Vid quoque *Iudicium Ecclesiae Belgicae D. de Catechesi Heidelberg.* in URSINI *Opp.* t. II. post *Praef. in Apol. Cat.*

5) l. i. I. p. 455.

6) *Encycl.* p. 496.

7) *Berigt aang. zeven stellingen,* caett. p. 114 sqq.

8) l. i. p. 121 sqq.

9) *Instit. Symbol.* l. § 42. p. 37.

10) MORITZ JOHANN HEINRICH BECKHAUSS, *Ueber den im heidelbergischen Katechismus ausgedrückten Lehrbegriff. Ein historisch-dogmatischer Versuch,* in ILLGEN *Zeitschr. für die histor. Theol. Neue folge.* 1838. II. p. 2. p. 39—105.

11) l. i. p. 200 sqq.

Quaeritur igitur, quid de pretio, nostrae Catechesi tribuendo, sit statuendum. Ad quam quaestionem qui rite respondere velit, hunc *primum* Catechesin considerare oportet in se spectatam, ratione habitâ et argumenti, quod exponit, et formae, qua doctrinam Evangelii tradit, et temporum, quibus conscripta est; *deinde* eam conferre cum aliis Catechesibus, maxime cum iis, quae eodem fere tempore sunt conditae; *denique* exponere quid nostra tempora requirant, et utrum his quoque requisitis ea respondeat ac satisfaciat. Sed de his omnibus fuse et accurate agere non huius loci esse videtur. Acquiesco igitur hîc in iis, quae Viri laudati in primis cl. HERINGA ¹⁾ et SEISENUS ²⁾ in eius laudem monuerunt, eorumque sententiis lubenter subscribo.

CANONES DORDRACENI.

Tandem verbo dicendum est de *Canonibus Dordracenis*. Et enim non est, quod *Synodi*, a. 1618, 1619 *Dordrechtii* habitae, historiam fuse hic tradamus ³⁾. Itaque haec pauca sufficiant.

1) l. l. in pr. p. 117—121.

2) l. l.: »Wenn wir bedenken,“ inquit, »was die Katechese jener Zeit leisten konnte, wie dürftig der Lehrinhalt was, wie schwer und ungenügend die Methode der Mittheilung, ausgenommen Luthers Katechismen, so ist gewiss anzuerkennen, und den Verfassern die volle Gerechtigkeit widerfahren zu lassen, dass ihre Arbeit ein Meisterwerk ist, so sehr auch und von so Vielen dagegen geredet werden mag. Schon im Allgemeinen der Lehrgang; welchen die Katechese sich vorzeichnet, ist eine glückliche Auffassung. Anfangend bei dem eigenen so leicht zur Klarheit über den eigenen Zustand zu erhebenden Bewusstsein, schliesst sie mit ächter Lehrmethode das Nähere dem Entfernteren und Entferntesten an, entwickelt Alles aufs einfachste und natürlichste aus dem Vorigen, und giebt auf diese Weise immer das am nächsten Liegende zur geistigen Verarbeitung.“ caett.

3) Praecipui fontes, e quibus huius Syn. historia petenda est, hi sunt: 1. *Acta Synodi Nat. in nomine Domini nostri Iesu Christi, auctoritate DD. Ordinum gener. foed. Belgii Provinciarum Dordrechtii habitae, a. CIO IO CXVIII et CIO IO CXIX. Accedunt plenissima, de quinque Articulis Theologorum iudicia. Dordrechtii, typis Is. Ioannidis Canini et Soc. 1620. 4o* — Praemissa est Praefatio ad reformatas Christi Ecclesias, in qua Controversiarum Belgicarum, ad quas tollendas haec Synodus potissimum convocata

Quum ARMINIUS, sacrorum primum Antistes *Amstelodamensis*, dein Theol. Professor in Academia *Lugduno-Batava*, veri studio,

fuit, ortus et progressus breviter, fideliterque narrantur. — Vid. de hisce Act. conscriptis *Post-acta* Sess. CLXXVII sq. — 2. *Acta et scripta Synodalia Dordracena Ministrorum Remonstrantium in foed. Belgio.* 2 Cor. 13: 8: *Non possumus quidquam adversus veritatem, sed pro veritate. Harderwiici.* Anno M. DC. XX. 4o. — Dedicata sunt Academiis et Ecclesiis Christianis, et praefixa est *Praefatio ad lectorem Christianum.* Praecipuum et pene unicum illorum auctorem fuisse celeberr. SAM. EPISCOPIUM asserit CURCELLAEUS, Praef. in *Opp. EPISCOPI*, p. 4. — 3. *Antidotum ende Naerder Ope-ninghe van het eyghene ghevoelen des Nationalen Synodi ghehouden binnen Dordrecht, annis 1618 en 1619. Tot onderrechtinge ende onderwijsinge der ghenen, die de CANONES van het selfde Synode souden moghen komen te lesen; cortelyck ende voorloopers wyse gestelt.* a. 1619. 4o. Quod Antidotum ab EPISCOPIO conscriptum, postea in linguam Lat. conversum est, eiusque *Ope-ribus Theol.* ed. Roterod. 1665, insertum p. 10 sqq. — 4. GUL. BAUDARTIUS *Memoryen ofte Cort Verhaal der gedenck-weerdichste so kerklicke als wereltlicke Gheschiedenissen* a. 1620. ed. 2 aucta a. 1624. — 5. FREDER. DE VRY, *Historie oft kort ende waerachtich Verhaal van den Oorspronck ende Voort-ganck der Kerckelijcke Beroerten in Hollandt.* Amst. 1621. — 5. (BERN. DWINGLO) *Grouwel der Verwoestinghe staende in de heylighe plaetse: dat is, Claer ende warachtig Verhael vande voornacmste Mis-handelinge-ghen, onbillijcke Procedueren ende Nulliteyten des Nationalen Synodi, ghehouden binnen Dordrecht, in de jaren 1618 ende 1619. Ghedruckt (ut fertur. Vid. HERINGA, de twistzaak v. d. Hoogl. IOH. MACCOVIUS caett. in K. et R. Archief III. p. 511) t' Enghuysen, 1622.* — 6. (IOH. UYTENBOGAERT et BERN. DWINGLO. Vid. idem HERINGA, l. l. p. 512 sq. a. 5) *Historisch Verhael, van 't ghene sich toegedraeghen heeft binnen Dordrecht, in de jaeren 1618 ende 1619. tusschen de Nationale Synode der Contra-Remonstranten, ende hare geassocieerde ter eender, ende de Geciteerde Kercken-Dienaeren Remonstranten, ter ander zijden. Vytgegeven van weghe de Kercken-Dienaeren Remonstranten in 't ghemeyn; ende insonderheyt de Geciteerde op de Dortsche Synode.* 1623. fol. — 7. IOH. UYTENBOGAERT *de kercklicke Historie, vervattende de verscheyden gedenckwaerdige saken, in de Christenheyt voor-gevallen, van het jaer vier-hondert af tot in het jaer zestien-hondert ende negentien, voornamentlyck in dese geunieerde Provintien. Ghedruckt in 't jaer ons Heeren 1647. Et eiusdem Leven, Kerkel. bedieninghe en zedighe verantwoordingh.* 1647. fol. — 8. IAC. TRIGLANDIUS, *Kerckel. Geschiedenissen, begrypende de swaere en bekommerlijcke Geschillen, in de Vereenigde Nederlanden voor-gevallen, met derselver Beslissinge, ende Aenmerkingen op de Kerckelycke Historie*

ut videtur, ductus 1), tum famam atque auctoritatem CALVINI, ZANCHII, BEZAE, MARTYRIS, aliorum, publice privatimque extenuasset, tum varias opiniones, cum doctrinâ fidei, ab Ecclesia acceptâ pugnantes, maxime in interpretatione epistolae PAULI ad

van JOH. WTENBOGAERT. *Uyt Autentycke stucken getrouwelijck vergadert, ende op begeerte der Zuyd en Noort-Hollantsche Synoden uytgegeven, tot nodige onderrichtinge. Tot Leyden MD CIO IO CL. — 9. Korte Historie van het Synode van Dordrecht, vervatende eenige aanmerkelijhe en noyt voorhenen ontdekte bysonderheden: begrepen in brieven van Mr. JOHN HALES, en Dr. WALTER BALCANQUAL. Vertaelt uyt het Engelsch. 's Gravenhage 1671. 12. ed. 2. ib. 1761. 8. cum qua vers. Belgica conferri potest interpretatio Latina, quae habetur in Praestant. ao eruditorum Virorum Epp. Eccles. et Theolog. ed. alt. Amst. 1683, repet. in ed. 3. ibid. 1704. et seorsim ed. a IO. LAUR. MOSHEMIO Hamb. 1724. 8. inscript. Historia Concilii Dordraceni, cui addidit Tractatum de auctoritate Concilii Dordraceni, paci sacrae noxia. (Cff. de his Epp. HERINGA l. l. p. 517 sq. et BRUCHERUS, Opkomst en vestiging der Kerkherov. in de Prov. Groningen, p. 415; de Tractatu a MOSHEMIO conscripto vid. CLARISSE, Encycl. p. 492). — 10. Acta Syn. Dordr. FESTI HOMMII manu scripta, quae Hagae Com. asservantur. — 11. Acta Syn. Nat. breviter conscripta a THEOD. HEYNGIO, antea a me laudd. — 12. GISB. VOETII Polit. Eccles. l. antea a me laud. — Cf. etiam ab una quidem parte: G. BRANDT Hist. der Reform. en andere Kerkel. Geschiedenissen in en omtrent de Nederll. t. II—IV. quorum III et IV editi sunt ab eius filio JOH. BRANDT. (Vid. de h. opere (WILH. BROES) in l. Over de vereeniging der Protestanten in de Nederll. p. 131 sqq.) et YPEY et DERMOUT l. l. II. p. 153 sqq. ab altera vero parte: JAC. LEYDEKKER, Eere van de Nat. Synode van Dordregt in den jare 1618 en 1619, voorgestaan en bevestigd tegen de beschuldigingen van G. BRAND, in syn Historie der Reformatie. Met aanmerkingen op zyn sydig verhael omtrent de Remonstrantsche voorvallen, voor, onder, als na het houden van die Synode. 2 tom. 4. Amst. 1705 et 1707. et C. M. VAN DER KEMP, de eere der Nederl. Herv. Kerk gchandhaafd tegen YPEY en DERMOUT (Gesch. der Nederl. Herv. Kerk) t. III. Roterod. 1833. p. 1 sqq.*

1) Vid. BRANDT l. l. II. 6, 44. Cf. tamen Praef. ad reformatas Christi Ecclesias, in qua controversiarum Belgicarum — ortus et progressus breviter fideliterque narrantur, Actis Synodi praem. p. 2, ubi dicitur »vir ingenii quidem excitatoris, verum cui nihil arrideret, nisi quod aliqua novitatis specie se commendaret: adeo ut pleraque in Reformatis Ecclesiis recepta dogmata, vel hoc ipso nomine, quod essent recepta, fastidire videretur.”

Romanos proponere ac disseminare coepisset, non potuit non in *επεροδοξίας* incurrere suspicionem. Exortae autem primum sunt lites inter eum et GOMARUM Collegam eius, eum a. 1604 nonnullas de *Praedestinationis* dogmate proposuisset quaestiones, CALVINI sententiae contrarias, quibus suas GOMARUS opposuit 1). Cuius rei rumores cum passim spargerentur, frustra ARMINIUS tum a Delegatis Ecclesiarum Hollandiae Australis et Borealis, tum a Senioribus Ecclesiae *Leidensis* admonitus esset, Classis Dordracena rem retulit ad Synodum Hollandiae Australis, a. 1605 *Roterodami* habitam; quae ét Deputatis suis mandavit, ut quam diligentissime in gravissimam hanc causam inquirerent, ét legem Ecclesiasticam de subscribenda Confessione et Catechesi renovavit; quae subscriptio in multis Classibus a quibusdam neglecta fuerat, ab aliis negata. Quum autem Delegati se Synodi consilio satisfacere non posse viderent, ab Ordinibus generalibus petierunt, ut ad tollenda mala ingravescentia Synodus *Nationalis*, quae per multos annos dilata iam fuerat, eorundem auctoritate quam primum convocaretur. Cui petitioni satisfieri posse negant Ordines, nisi convectionis literis insertâ clausulâ, quâ Confessionem et Catechesin recognoscendam esse declaretur: illi vero, allatis rationibus, urgent, ut consueto antehac more, in generalibus, quos vocant, terminis, Synodus convocetur. Quae consiliorum iudiciorumque discrepantia quum ét id temporis ét deinceps efficeret, ut Synodi *Nationalis* convocatio differreretur, quumque Synodus, a. 1607 *Delphis* habita, ab Ordinibus Hollandiae et West-frisiae impetrare non posset, ut, quod in similibus olim factum fuerat difficultatibus, Synodus *Provincialis*, ex duabus Synodis Hollandiae Australis et Borealis conflata, prima occasione convocaretur, instituta tamen est a. 1608 collatio q. d. inter ARMINIUM et GOMARUM, coram amplissimis supremæ Curiae Consiliariis, praesentibus nonnullis sacrorum Antistitibus. In quâ collatione postquam de agendi ratione diu disceptatum fuerat, uterque sententiam suam de praecipuis Articulis, in quibus dissentiebant, thesibus quibusdam comprehensam, scripto consignavit, ad quas postea animadversiones suas vicissim

1) Vid. BRANDT, l. l. II. 53 sq.

annotarunt. Quae scripta, utrimque consignata, Ordines voluerunt in suprema Curia usque ad Synodum Nationalem asservari, neque ea cuiquam mortalium interea ostendi. Ecclesiae vero non desinebant per Delegatos suos, obnixè ab Ill. Ordinibus petere, ut Ecclesiastica hac causa quamprimum in legitima Synodo vel Provinciali, vel Nationali examinaretur ac diiudicaretur. Ordines contra, suadentibus ARMINIO et UYTENBOGAERDO, primum ipsas annuas Hollandiae Australis et Borealis Synodos, quarum tempus instabat, differri mandarunt, deinde eas haberi concesserunt sub eâ conditione, ne ARMINII causam tractarent, quam ad Synodum Provinciale[m] reservari volebant. Crescentibus autem in dies discordiis, a. 1609 maxime per ADOLPHUM VENATOREM, Ecclesiae *Alcmarianae* Antistitem, paucosque alios, qui Confessioni subscribere praefrac[te] recusabant, Ecclesiarum Delegati denuo obtestati sunt Ill. Ordines, ut promissam Synodum Provinciale[m] ad tollenda illa mala, primo quoque tempore convocarent: sed UYTENBOGAERDUS aliique effecerunt, ut loco Synodi Provincialis, nova de controversis inter GOMARUM et ARMINIUM articulis, in ipso Ill. Ordinum conventu haberetur collatio, in qua uterque quatuor sibi assumeret sacrorum Antistites, quorum consiliis uti iis liceret. In hac igitur collatione actum est primum de *iustificatione*, deinde de *praedestinatione*, porro de *gratia Dei et libero hominis arbitrio*, denique de *perseverantia vere fidelium* ¹⁾, Ordinesque, sine collationi imposito, colloquentibus mandarunt, ut et suam de singulis articulis sententiam, et contrariae refutationem, scripto comprehensam, intra dierum quatuordecim spatium ipsis exhiberent: quae scripta usque ad Synodum Provinciale[m] Ordines asservarent. Cui mandato GOMARUS quidem satisfacit, ARMINIUS vero satisfacere non potuit propter corporis imbecillitatem, quae ita ingravescebat, ut paulo post, d. 19. m. Oct. a. 1609, aet. a. 49 ex hac vita excesserit. At nihilo tamen secius Ecclesiarum Delegati urgendam esse Synodi Provincialis convocationem existimarunt; Ordines vero eiusmodi condiciones posuerunt, quibus satisfieri posse illi negabant: quas condiciones ponere iis suaserant *Arminiani*,

1) Vid. *Praef. ad Eccles. laud.* p. 14.

qui eo tempore, libellum supplicem, seu *Remonstrantiam*, ut vocant, (unde postea *Remonstrantes* dicti sunt,) iis obtulerunt, in qua ét suam de controversis Articulis sententiam exposuerunt, ét acceptam ab Ecclesia doctrinam graviter carpserunt. Accessit alia sollicitudinis causa, CONRADO VORSTIO in ARMINII locum ad docendum Theologiam vocato, quippe qui a multis inde annis de SOCINI erroribus Ecclesiis reformatis esset suspectus. Adeunt Ordines Ecclesiarum Delegati, rogantque, ut instituta VORSTII vocatio illorum auctoritate impediretur. Statutum fuit habendam esse in ipso Ill. Ordinum conventu de quinque articulis Remonstrantium collationem inter senos Pastores ab utraque parte eligendos a. 1611: quae tamen collatio nullum fructum tulit. Quae- rentibus igitur Ordinibus, ex Collatoribus Haganis, q. d. qua ratione controversiae ad Ecclesiarum pacem et Reipublicae emolumentum optime possent componi, Remonstrantes quidem nullam certiore concordiae rationem, quam mutuam tolerantiam iniri posse dixerunt; reliqui vero Pastores declararunt, commodiorem sibi viam videri, ut, primo quoque tempore, auctoritate Ordinum generalium, Synodus Nationalis convocaretur. Quum autem discidia et turbae magis magisque crescerent, vicinasque quoque Ecclesias, maxime *Geldriae*, *Ultraiectinae Provinciae*, et *Transisalaniae* pervassent, ciectis nonnullis Pastoribus Orthodoxis, q. d., et EPISCOPIO ab Academiae Lugduno-Batavae Curatoribus ad docendum Theologiam vocato, a. 1612, invito et reluctante IOA. POLYANDRO, qui in GOMARI locum suffectus erat, rursus, suadente GUILIELMO LUDOVICO, *Frisiae* Governatore, et approbantibus *Hollandiae* Ordinibus, institutum est colloquium inter tres utrimque Pastores delegatos, in urbe *Delphensi*, a. 1613, qui tamen re infectâ discesserunt. Nec plus effecit decretum de *tolerantia* a. 1614 ab Ordinibus *Hollandiae* et *West-frisiae* sumtum, invitis nonnullis civitatibus, maxime *Amstelodamensi*, licet GROTIUS illud copiose commendasset 1): imo vero novas illud contentiones, in ipsa Ecclesia *Hagana* excitavit, adeo ut ét nonnulli ex ipsis Ordinibus, Curiarum Consiliariis aliisque Collegiis, ét ipse Illustr. Princeps

1) Vid. *Praef. ad Eccl.* l. p. 26 sqq. BRANDT, l. l. II. p. 345 sqq.

Arausiacus, et Generosissimus Comes GUILIELMUS LUDOVICUS Remonstrantium coetibus valedicerent. Qui cum magis magisque odiosos se fieri viderent, a. 1617 alteram Illustr. Ordinibus obtulerunt *Remonstrantiam*: cui reliqui Pastores prolixam opposuerunt responsionem, iisdem Ordinibus oblatam. Tum vero et IACOBUS I, et Princeps Arausiacus MAURITIUS, et Illustr. Ordines *Zelandiae, Geldriae, Frisiae, Groningae et Omlandiae* Ordines Generales et *Hollandiae* Ordines adhortati sunt et obtestati, ut, convocanda quam primum Synodo Nationali, remedium hisce malis adhiberi curarent. Quorum consiliis, licet Remonstrantes ea irrita reddere conarentur, obsecuti fuerunt Ordines Generales, instigante eos DUDLEIO CARLETONO, IACOBI I legato; cuius oratione audita, decreverunt, Synodum Nationalem ad Calendas Maias a. 1613 esse convocandam, simulque leges quasdam scripserunt, secundum quas et Synodi convocatio instituenda esset, et ipsa Synodus Nationalis celebranda. Visum etiam iis fuit, ex omnibus vicinorum Regnorum, Principatum et Rerumpublicarum Ecclesiis Reformatis Theologos aliquot ad hanc Synodum invitare, ut hae controversiae communi omnium Ecclesiarum Reformatarum iudicio examinatae diiudicataeque, eo certius felicisque componerentur. Cui decreto Remonstrantes quidem se opposuerunt, sed nihil aliud efficere potuerunt, nisi hoc, quod constitutus Synodi Nationalis dies aliquantisper fuerit dilatus. Suadentibus enim CARLETONO et nonnullarum civitatum Magistratibus Ordines Generales iam decreverunt, Synodum Nationalem ad Calendas *Novembris* proximas, et in urbe quidem *Dordrecht*, esse convocandam. Quod decretum cum singularum Provinciarum Ordinibus communicarunt, ut quam primum Synodos Provinciales consueto more convocarent: e quibus singulis sex pii, eruditi pacisque amantissimi Viri, nempe tres quatuorve Pastores, cum iisque duo vel tres alii Viri idonei, religionem Reformatam profitentes, delegarentur, qui in praedicta Synodo Nationali, secundum leges, ab ipsis constitutas 1), quarum exemplar una cum litteris mittebant, contro-

1) *Articuli de indictione, Actionibusque Synodi Nat. in conventu Il-*

versias examinent, casque salvâ veritate tollent. Quibus litteris acceptis, Illustr. singularum Provinciarum Ordines Ecclesiarum suarum Synodos Provinciales convocarunt, in quibus ét quaestiones ad Synodum Nationalem deferendae proponerentur, ét viri docti ad eam delegandi eligerentur, ét mandata, quae sequi deberent, communibus Ecclesiarum suffragiis scriberentur. Dederant quoque literas ordines generales non modo ad Ecclesias Gallo-Belgicas, peculiarem Synodum constituentes, verum etiam ad IACOBUM I, ad Ecclesiarum Galliae Reformatarum Delegatos, ad *Electorem Palatinum et Brandenburgicum*, ad *Landgravium Hassiae*, ad quatuor *Helvetiae* Republicas reformatas, *Tigurinam*, *Bernensem*, *Basileensem* et *Schaphusianam*, ad *Correspondentiae Wedderavicae Comites*, ad Rempublicam *Genevensis*, *Bremensem* et *Emdanam*; quibus literis petebant, ut aliquot Theologos, doctrinâ, pietate et prudentiâ excellentes, ad instantem Synodum mitterent, qui consiliis iudiciisque suis controversias, in hisce Ecclesiis Belgicis exortas componere, pacemque iis restituere, una eum reliquis Ecclesiarum Belgicarum delegatis, allaborarent.

Statuto igitur tempore, quum ét Ecclesiarum Belgicarum Delegati, ét Theologi exteri. paucis exceptis, *Dordrechtum* advenissent, Synodus d. 13 m. Nov. a. 1618 inchoata est. »Ac primo »quidem” Sess. 1. »habitae sunt in publicis templis, frequentissimoque Ecclesiae *Dordrechtanae* coetu, conciones praesque so-

lustr. ac Praepot. DD. Ordinum Generalium Foeder. Belgii Prov. XI Novemb. Anni CIO. IO. C. VII concepti ac statuti habentur in *Act. Syn. Sess. IV.* Notentur in primis Art. X: »In quibus omnibus ac singulis, cum »nihil praeter doctrinae spectetur veritatem, curae erit Delegatis, ut debita »atque accurata investigatione solum Dei verbum, non autem ulla humana »scripta, pro certa atque indubitata fidei regula adhibeatur: quod ut fiat, »utque liquido appareat, nihil illis praeter solam Dei gloriam atque Ecclesiae »tranquillitatem propositum fore, iuramento in hac Synodo sive conventu sese »obstringent.” (Huius iuramenti formulam dedimus p. 402) et Art. XI: »Atque ita, quicquid postea pluribus comprobabitur suffragiis, pro conclusione »Synodali sive Canone habebitur. Ita tamen ut nec ii qui secus opinati fuerint, »eo nomine suspicionem incurrant, reprehendantur, aut ulla ratione propterea graventur.”

»lemnes: Belgicè quidem a BALTHASARE LYDIO, Gallice autem à
 »JEREMIA POURSIQ. Quibus finitis, Generosi atque Amplissimi Illu-
 »strium ac Praepotentum Ordinum Generalium Delegati, ss. The-
 »ologiac Professores, Pastores et Seniores ad Synodum hanc Depu-
 »tati, ad locum conventui destinatum sese contulerunt: singulique
 »in subselliis hunc in finem praeparatis ac dispositis, suo loco ac
 »ordine consederunt. Theologi ceteri, a Pastoribus et Senioribus
 »Ecclesiarum Belgicarum ad hanc rem delegatis, ex aedibus suis
 »ad locum conventus solemniter sunt deducti, ibidemque ab Illustr.
 »Ordinum Generalium Delegatis benigne et comiter excepti: habi-
 »taque eorum, a quibus missi venerant, dignitatis ratione, in suis
 »singuli subselliis ordine sunt collocati. Postquam omnes ad hunc
 »modum congregati jam essent, Reverendus vir BALTHASAR LYDIUS,
 »Ecclesiae *Dordrechtanae* Pastor, actionem hanc sanctam Latine
 »auspicatus est. Ea enim lingua propter externos Theologos cuncta
 »peragi placuerat." Qui eum dicendi finem fecisset, »Amplissimus
 »et Consultissimus vir D. MARTINUS GREGORII, Ducatus *Geldriae*
 »et Comitatus *Zutphaniae* Consiliarius primarius, nomine eorum,
 »quos Illustrcs ac Praepotentes DD. Ordines ad venerandam Syno-
 »dum hanc delegarant," habita »oratione, Synodi, ut vocant, aper-
 »turam fecit. Exhibuerunt deinde Generosi ac Nobilissimi Illu-
 »strium ac Praepotentum DD. Ordinum Delegati fidei ac mandati
 »litteras, ab iisdem Illustribus ac Praepotentibus DD. Ordinibus
 »Generalibus ad hanc Synodum datas, quas a BALTHASARE LYDIO —
 »publice praelegi mandarunt." Deinde Sess. II. »suas quoque Syno-
 »dorum Belgicarum Delegati Fidei, ut vocant, litteras exhibuerunt."
 Quo facto, electi sunt Synodi Praeses JOHANNES BOGERMANNUS, Ec-
 clesiae *Leovardiensis* Pastor; Assessores JACOBUS ROLANDUS *Amste-*
lodamensis, et HERMANNUS FAUKELIUS, *Middelburgensis* Ecclesiae
 Pastores; Actuarii SEBASTIANUS DAMMANNUS, *Zutphaniensis*, et
 FESTUS HOMMIUS *Leidensis* Ecclesiac Pastores ¹⁾. Porro Sess. III.
 »a Pastoribus Ecclesiarum Belgicarum ac Senioribus traditae, pu-

1) »Haec Electio facta per tacita suffragia." Verba sunt HEYNCH in *Act. Syn. ms. laud.* p. 15.

»blice praelectae atque examinatae sunt Fidei singulorum literae :
 »quae et placuerunt,” exceptis nonnullis, quae in literis Transi-
 salanorum et Ultraiectinorum Remonstrantium legebantur. Tan-
 dem Sess. IV. ad ipsam rem progressa est Synodus, lectisque legi-
 bus, ab Ordinibus Generalibus scriptis, »statutum fuit, ut pri-
 »marii quidam Remonstrantes, qui in causa hac maxime exercitati
 »habebantur, quamprimum vocarentur, atque in rem praesentem
 »citarentur. Ut intra dies, post acceptas literas (citorias quas vo-
 »cant) quatuordecim, coram Synodo se sisterent, atque in eadem sen-
 »tentiam suam proponerent, explicarent, et defenderent, quantum
 »possent atque necessarium iudicarent; simulque omnes, quas ha-
 »berent considerationes super doctrina, in Confessione et Catechesi
 »harum Ecclesiarum comprehensa, exhiberent. Quinam autem et
 »quot numero citandi essent, DD. Delegatorum iudicio permissum
 »fuit.” Itaque Sess. V. »praelectae atque a Synodo approbatae sunt
 »citoriae, quas vocant, literae,” atque hae ad eos Remonstran-
 tes missae, quos Delegati citandos esse iudicaverunt ¹⁾. Illi com-
 paruerunt d. VI. m. Dec., Sess. Synodi XXII, quibus ISAACUS FRE-
 DERICI et SAMUEL NAERANUS, Ultraiectini Remonstrantes, deinde sese
 adiunxerunt ²⁾. Praestito igitur iureiurando a singulis Synodi sociis,

1) Pro iis, qui ex *Hollandia Australi*, ex *Hollandia Boreali* et ex *Ecclesiis Gallo-Belgicis* citandi in *Actis Synodi Sess. IV* leguntur, HEYNCH in *Act. ms.* p. 16 haec nomina habet: »Ex *Holland. Australi* 6. Mr. Simon »Episcopus, Professor Leydensis, (quem etiam specialiter dicebant vocandum aut Profes: Acad: Leydensis) Adrianus Borrius, Iohannes Arnoldi, Past: Leydensis, Nicolaus Grevinchovius, Pastor Roterodamens., Eduardus Poppius, »Pastor Goudanus, et Theophilus Ryckeward, Past: Brielanus. Ex *Hollandia »Boreali* 2. Iohannes Gesteranus Past: Alcmariannus, et Dominicus Sapma Past: »Hornanus. Ex *Ecclesiis Gallo-Belgicis* duo: Carolus Nyellius Past: Ultraie- »ctinus et Simon Goulartius Past: Amsterodamensis.” Deinde p. 17: In Re- »monstrantibus,” inquit, »citandis ex placito D. Delegatorum haec facta mutatio »aut omissis Grevinchovio et Goulartio, antea nominatis, in locum Borrei suf- »fectus sit Bernardus Duinglio Past: Leydensis, et in locum Iohannis Geisterani »Philippus Pinacker Past: Alcmariannus.” Cf. *Act. Syn. Sess. XXII sq. Act. HEYNCH ms.* p. 39 sq.

2) Vid. *Act. Syn. Sess. XXIII—XXV.*

Sess. XXIII, »explicatae sunt” Sess. XXV. »Remonstrantibus caussae, »propter quas potissimum citati essent, prout illae breviter in Ci- »tatoriis expressae essent: ut videlicet sententiam de quinque Ar- »ticularum suam proponerent, explicarent et defenderent, simulque »quas haberent in Confessionem, et Catechesin harum Ecclesiarum »considerationes suas exhiberent. Rogati ergo sunt, num praestare »id ipsum nunc parati essent.” Ad quae Remonstrantes responde- »runt, petere se, »ut liceret sibi, antequam ad ipsam rem deveni- »retur, quaedam scripto comprehensa, quae omnino iudicarent esse »praemittenda, Synodo proponere.” Quo concesso, praelegerunt scriptum prolixum, exhibens *Conditiones Synodi legitime insti- tuendae, quas Remonstrantes Ecclesiae primum supplice li- bello ab Illustrissimis Potentissimisque Hollandiae et West- Frisiae Ordinibus sibi concedi petiverunt; atque etiamnum Re- monstrantes, qui speciatim per literas ad Synodum Nationalem vocati sunt, sibi concedi petunt; munitae testimoniis Re- formatorum Doctorum, nec non rationibus perspicuis ac solidis.* Quarum conditionum prima eaque praecipua haec erat: »Ut utri- »usque partis Concionatores Remonstrantes, et Contra-Remonstran- »tes tanquam partes adversae ad Synodum evocentur Nationalem, »concessa non Contra-Remonstrantibus solum, sed et Remonstran- »tibus libertate, eos ex suo coetu, idque iusto numero, delegandi, »quos ad praesens negotium quam maxime idoneos iudicabunt: et »quantum ad particulares Synodos attinet, si ad eas quoque vocare »Remonstrantes propositum sit, ut hinc inde quidam delegentur, »ex utroque Hollandiae tractu; quo pari numero unaquaque parte »prohibitu suo ex hoc vel illo tractu plures paucioresve delegante, »de negotiis Ecclesiasticis in timore Domini praeparatorie delibe- »rent: ut utriusque partis Pastoribus imperetur, unum ut in »coetum omnes, qui eiusdem sunt sententiae, conveniant, quo li- »bere de iis, quae quisque defendenda sibi sumet, inter se con- »ferant, ideoque ut ex tota Synodo duo fiant coetus, singuli à »suo Praeside et Seriba instructi, quibus quoque coetibus licitum »sit in distincta subinde cubicula ad deliberandum se recipere.” Quibus praelectis, continuo »responsum illis fuit, indignum huic

»Synodo videri, citatos Judicibus leges praescribere velle, ipsosque
 »hic diversam Synodi formam postulare, ab ea quae Illustribus
 »ac Praepot. Ordinum Generalium decretis legibusque convocata
 »et stabilita fuit.” Deinde Sess. XXVI ex sententia Illustr. DD.
 Delegatorum, totiusque Synodi, moniti sunt, »ut in posterum
 »prudenter agerent,” praefectoque iis Illustr. DD. Delegatorum hac
 in causa decreto, »jussi sunt eidem morem gerere, atque ad rem
 »omissis ambagibus venire.” Refragati vero sunt Remonstrantes;
 imo Sess. XXVII declararunt: »nos omnes et singuli hac so-
 »lemniter et diserte Protestatione toti huic Synodo et universo orbi
 »Christiano testatum facimus, nos praesentem Synodum aut maxi-
 »mam ejus partem — non habere pro legitimo Controversiarum no-
 »strarum iudicio, ideoque iudicium ejus nullum apud nos et Ecclesias
 »nostras habiturum pondus.” Sed communicatis cum iis tum exte-
 »riorum Theologorum, tum Illustr. Delegatorum sententiis, Sess. XXX
 ad quaestionem: »utrum Protestationi jam renunciare vellent, et in
 »rem praesentem, cujus causa advocati erant, recta venire,” respon-
 derunt, »se salvo suo de hac Synodo iudicio, salvaque conscientia,
 »parituros, atque ad rem venturos.” Itaque Sess. XXXI »sententiam
 »suam de *primo* Articulo, qui est de *Praedestinatione divina*,
 »decem Articulis seu Thesibus”, Sess. XXXIII »de *secundo* Articulo,
 »qui est de *Universalitate meriti mortis Christi*, quatuor; de
 »*tertio* et *quarto*, qui est de *gratia Dei et conversione hominis*,
 »Thesibus duodecim, ac deinde de *quinto*, qui est de *Perseve-*
 »*rantia vere fidelium* Thesibus seu Articulis octo” comprehensam,
 scripto exhibuerunt. Idem admoniti, Sess. XXXVIII et XXXIX
 Considerationes suas tum in *Confessionem*, tum in *Catechesin* Ec-
 clesiarum Belgicarum Synodo tradiderunt. Sed rogati, »mentem
 »ut suam ad interrogata quaedam Synodi rotundius et plenius ex-
 »plicarent, responderunt, hunc agendi modum nec probare se, nec
 »sequi posse; et quia Citatoriis permissum ipsis erat, ut senten-
 »tiam suam proponerent, explicarent et defenderent, quantum ipsi
 »necessarium iudicarent, se in causae suae defensione uti hac liber-
 »tate velle, eamque ita proponere atque explicare, prout ipsi ne-
 »cessarium iudicarent.” Hinc longa inter illos et Synodum orta

est contentio sess. XXXIX et sqq., cui hic tandem finis est impositus, ut Remonstrantes, quam Synodum, pro parte adversa eam habentes, iudicem agnoscere eiusque decretis se subicere nollent, licet saepius et a Praeside, et ab Ill. Delegatis, ex ipsorum **Ordinum** Generalium decreto admoniti, Sess. LVII e Synodo fuerint dimissi: quod factum Ordines Generales approbarunt, singulari decreto hac de re sumto, quod Sess. LXIV cum Synodo fuit communicatum. Tum vero, ex decreto Synodi »de modo in examine quinque Articulorum posthac servando,» Sess. LXI sumto, et publice habitae sunt disputationes ad refellendam Remonstrantium sententiam, in primis explicandis sacrorum librorum dictis classicis, Sess. LXII sqq., et singula Collegia, lectis scriptis a Remonstrantibus Synodo exhibitis, sua quaeque iudicia de quinque Articulis privatim formarunt, ac Synodo tradiderunt Sess. CI. Quibus praelectis Sess. CII sqq., »Praeses» Sess. CXXV »Deo egit gratias, pro summo omnium Collegiorum in dogmatibus consensu 1), monuitque, restare nunc, ut »ex omnibus collatis inter se iudiciis, Synodica sententia formetur, »eumque in finem indicavit jam a se conceptos esse atque confectos ex his iudiciis Canones quosdam: petiitque ut ex Collegiis »singuli postero die adessent, qui Canones exciperent ac describerent, posteaque cum Collegiis communicarent. Si quid in iis »observatum esset, quod addendum, demendum, aut mutandum »videretur, de eo ipso cum Assessoribus consuleretur. Observationibus diligenter consideratis, de mutationibus, si quae necessariae judicarentur, ad Synodum referretur, posteaque singuli breviter sententiam suam dicerent.» Quae tamen agendi ratio cum Sess. CXXVIII »nonnullis non satis commoda videretur, Illust. Deleg. »monuerunt consultum sibi videri, ut ad formandos Canones Synodicos, praeter Praesidem et Assessores, justus aliquis Theologorum tam Exterorum, quam Provincialium delegaretur numerus, »quo res tanti momenti eo accuratius conficeretur; gratias interim »pro labore hoc praeparatorio Praesidi agentes, quem rogarunt in- »super, ut cum reliquis in eo pergeret.» Quo consilio probato,

1) Vid. tamen, quae Sess. CVII de iudicio Clar. Professorum Belgicorum, POLYANDRI, THYSII, WALAEI, SIBRANDI LUBBERTI et GOMARI NAWANTAE.

»ad hanc rem potioribus suffragiis deputati sunt; ex Theologis Ex-
 »teris Reverendus D. Episcopus *Landavensis*, D. Doctor SCULTE-
 »SUS, D. DEODATUS, et ex Provincialibus, D: Doctor POLYANDER,
 »D. WALAEUS, et D. TRIGLANDIUS.” Hi igitur Canones confecerunt,
 quos Synodus, paucis in secundo Canone immutatis, approbavit
 Sess. CXXIX—CXXXI. Deinde addita iis est reiectio »calumni-
 »arum praecipuarum, quibus orthodoxa doctrina de aeterna Dei
 »praedestinatione ab ejusdem adversariis proscindi soleret” 1), Sess.
 CXXXI—CXXXIV.” Tum singuli, tam Exteri, quam Provinciales
 Theologi ét Canonibus, ét Calumniarum reiectioni subscripserunt,
 Sess. CXXXV sq. Porro Sess. CXXXVII sq. »praelecta est iudicii
 »Synodici de Remonstrantibus formula 2), eorum inprimis, qui ad
 »hanc Synodum citati contumaciae crimine se toties obstrinxerant,”
 ac paululum immutata, omnibus approbata, »nisi quod inter ex-
 »teros essent, qui quaestiones illas personales extra jurisdictionem
 »suam esse existimarent.” Quam Synodi sententiam Ordines Gene-
 rales approbarunt 3). Tandem praelectum fuit Prooemium, Cano-
 nibus Synodicis praefigendum, primum longius, deinde brevius,
 quod, mutatis nonnullis, a Synodo est approbatum, Sess. CXXXIX
 sq. 4). Denique Sess. CLIII »ex consilio et voluntate Illustr. DD.
 »Delegatorum statutum fuit, ut Iudicium de quinque Remonstran-
 »tium Articulis Synodicum, ejusdemque Synodi de Remonstranti-
 »bus, inprimis ad hanc Synodum citatis, sententia, in magno ur-
 »bis Dordrechtanae templo, publice pronunciarentur ac promulga-
 »rentur. Quem in finem Conventus Synodicus ordine ad templum
 »processit, cumque ibidem in subselliis consedissent, Praeses solen-
 »nibus — precibus toti Conventui praeivit.” — »His habitis, Scribae
 »ex ambone in frequentissima Comitum, Baronum, Virorum nobili-
 »um 5), amplissimi Magistratus Dordraceni, Pastorum, populi que, un-
 »dequaque confluentis, panegyri, Canones Iudiciumque venerandae
 »Synodi, cum subsignatione singulorum tum Ecclesiasticorum, tum

1) Vid. huius Collect. p. 453 sqq. 2) Vid. huius Collect. p. 457 sqq.

3) Vid. huius Collect. p. 461 sqq. 4) Vid. huius Collect. p. 398 sqq.

5) HEYNGIUS in *Act. Syn.* ms. p. 154 tradit, adfuisse etiam quosdam ex
 Ordd. Gener. et Comitem Ernestum a Nassau.

»Politicoꝝ, praeclegerunt publice ac promulgarunt. Quos deinde
 »subsecutus Praeses publicae itidem significavit, doctrinam in Con-
 »fessione et Catechesi harum Ecclesiarum comprehensam, in Synodo
 »relectam atque examinatam, et consentientibus omnium tam
 »Exteriorum, quam Provincialium Theologorum judiciis, ut or-
 »thodoxam et verbo Dei consentientem fuisse approbatam. Tan-
 »demque — gratiarum actione celeberrimum, augustissimumque
 »Conventum dimisit.”

Interpretatio *Canonum* Belgica praeclecta est et examinata Sess.
 CLXV—CLXVIII; *Praefationis* et *Conclusionis* Canonum versio
 Sess. CLXX. »Et quia in hisce translationibus quaedam adhuc de-
 »siderari videbantur, rogati fuerunt D. JACOBUS ROLANDUS et D.
 »ANTONIUS WALAEUS, ut omnes hasce Canonum translationes Bel-
 »gicas paulo accuratius recognoscant 1).” — Formulas subscribendi
Canonibus, a Synodo constitutas, iam antea dedi 2).

Quod attinet ad *editiones* Canonum, princeps est, quae prodiit

1) Vid. *Post-Acta* Sess. II. in *Kerk. Handb.* p. 367 sqq. NEYNGIUS in *Act. Syn. ms.* ad Sess. 157. d. 18 Maii a. m. p. 211 haec narrat: »Alsoo de Heeren H. Staten Generael ernstlyek begeert hebben, dat de 'Translatie van de
 »Canones indo Nederlantsehe taele metten eersten gevordert, ende affgevaerdicht
 »worden, om deselve alhier gevisiteert daer nae aen haer Ho. Mo. overgeson-
 »den worden, soo is voorgelesen, verbeterd, end geapprobeert de oversettinge
 »vande *Canones* des eersten *Artikels*, soo veel de reechtgevoelende leere aen-
 »gaet.” Ad Sess. 158, eod. d. p. m.: »Is voorgelesen, verbeterd end geappro-
 »beert de oversettinge van de *Canones* des eersten *Artikels*, soo veel de
 »verweringe der doolingen aengaet. End oock vande *Canones* des 2 *Artikels*
 »ten aensien beyde vande rechtsinnige leere end vande verweringe der dool-
 »ingen.” Ad Sess. 159 d. 20 Maii p. m.: »Is gelesen ende geexamineert de
 »oversettinge vande *Canones* des derden en vierden artykels.” Ad Sess. 160,
 d. 21 Maii p. m.: »Is voorgelesen ende geexamineert de oversettinge vande
 »*Canones* des vyfden artykels, mitsgaders vande naereden, offt verweringe
 »der *Calomnien*.” Ad Sess. 162. d. 22 Maii, p. m.: »Is voorgelesen ende
 »geexamineert de oversettinge vande Voorreden des Synodalen oordeels over de
 »vyff *articulen*, mitsgaders vande Censure offte Sententie over de Remonstran-
 »ten. D. JACOBUS ROLANDUS Assessor en D. ANTONIUS WALLAEUS Professor syn
 »versocht de oversettinge vande *Canones* metten aeneleve van die t'oversien”
 Cf. etiam *Add.* ad p. XXXVI a. 4. 2) Vid. p. XXIV—XXVI.

paulo post finitam Synodum a. 1619. 4. hoc titulo: *Iudicium Synodi Nationalis Reformatarum Ecclesiarum Belgicarum, habitae Dordrechtii a. 1618 et 1619, cui plurimi insignes Theologi Reformatarum Ecclesiarum Magnae Britanniae, Germaniae, Galliae interfuerunt, de quinque doctrinae Capitibus, in Ecclesiis Belgicis controversis, promulgatum VI Maji 1619 apud JOH. BEREWOUT et FRANCISCUM BOSSELAAR, socios CANINI* 1) quam eodem anno subsecuta est alia editio, inscripta: *Synodus Dordrechtana, 4; utraque; teste WALCHIO* 2), Latino sermone. Prodiit itidem Belgica editio, h. t. insignita: *Oordeel des Synodi Nationalis der Gereformeerde Kercken van de vereenichde Nederlanden: ghehouden binnen Dordrecht, in den jare 1618 ende 1619. Welcke gëassisteert is gheweest met vele treflicke Theologen, uyt de Gereformeerde Kercken van Groot-Britagnien, de Cheur-Vorstelycke Paltz, Hessen, Switserlant, de Wedderavische Correspondentie, Geneven, Bremen, ende Embden: over de bekende vyf Hooft-Stucken der Leere, daer van in de Gereformeerde Kercken deser Vereenichde Nederlanden verschil is gevallen: uytghesproken op den 6 May 1619. uyt het Eatyn ghetrouwelyck in 't Nederduytsch overgeset. Ad calcem habetur: Tot Dordrecht. Gedruckt bij PIETER VERHAGEN, ISAAC JANSZ. CANIN caett. 1619: uti et, teste WALCHIO* 3), Anglica editio, *Londini* in lucem emissa 4. »Has exceperunt aliae,» monente NIEMEYERO 4), »velut ea, quam Groningae anno 1747 cum praefatione »de auctoritate decretorum Synodi apparuisse constat.» Editi etiam sunt *Canones Latine* a G. KUYPERS, Gron. 1772, *Belgice* a W. VAN IRHOVEN a. 1751, I. AMERSPOORDT a. 1780, aliis 5). Sed coniunctim etiam cum aliis libris in lucem missi fuerunt. Exstant enim in *Actis Synodi* a. 1620 edd. saepiusque a me laudd., e quibus eos typis describendos curavi; uti et in *altera Corporis et Syntagm. Confess.* ed. a. 1654, minime vero in *prima* eius ed.

1) Vid. ENS I. I. p. 131.

2) in eius *Biblioth. Theol. sel. t. I.* p. 412. ref. NIEMEYERO I. I. Praef. p. LXXX. 3) Vid. I. ann. 2 laud.

4 I. I. ann. 2. 5) Vid. YPEY et DERMOUT, I. I. II. Annot. p. 158.

a. 1612; quod oscitanter scripsit NIEMEYERUS; uti et in aliis scriptis, ab eo memoratis 1): quibus addo tum ed. *Belgicam*, a Classe *Delphensi* a. 1725, procuratam, tum ed. *Gallicam*, Lugduni Bat. 1769 in lucem missam, utramque antea a me laudatam, atque una cum *Confessione fidei* et *Catechesi Heidelb.*, *Canones Dordracenos* complectentem. — Quod si quaeris, quare hi Canones non, aequae ac Catechesis Heidelb. et Confessio fidei librorum s. editionibus adiecti fuerint, respondendum cum ENSIO videtur, huius rei causam in eo esse quaerendam, quod non pro nova Consensus formula, sed pro interpretatione nonnullorum locorum, in acceptis consensus formulis iam exhibitorum, et habendi sint et habiti fuerint 2). Addo, rectissime iudicatum esse, subtiliorem nonnullorum placitorum expositionem, quam Canones tradunt, cum universo populo Christiano non oportere communicari.

Quod attinet denique ad *auctoritatem* et *pretium*, hisce Canonibus statuto et statuendo, primum quidem a cunctis fere Ecclesiis Reformatis accepti fuerunt. Quod minime mirandum; nam qui ab illis ad Synodum fuerant delegati, Canones, una cum caeteris Synodi sociis et ipsi condiderant, et iis subscripserant. Postea vero tum in aliis regionibus, tum vero etiam in nostra patria illorum auctoritas nonnihil imminuta est. Patriam nostram dicens, *Frisiam* intelligo, ubi, quod antea iam monui, initio quidem, at non perpetuo accepti fuerunt 3). Sed in aliis quoque regionibus, ac primum quidem in *Anglia*, deinde in *Germania*, *Helvetia*, *Gallia*, alibi haud parum auctoritatis amiserunt. »Cujus rei primam fortassis ansam,» monente CLARISSIO 4), »praebuerunt »Epistolae Theologorum Anglorum, qui Synodo adfuerant, IOANNIS »HALES et GEORGII BALCANQUAL» 5). Neque est, quod moneamus, Canones Dordracenos, utpote opus humanum, ad normam doctrinae, a IESU CHRISTO eiusque Apostolis propositae, examinandos esse

1) l. l. p. LXXXI.

2) Vid. ENS l. l. p. 132. Cf. etiam BORSIUS *Overzicht* caett. in *Archief*, IX. p. 309 et ann. 33, p. 361 sq. 3) Vid. huius Praef. p. IX sq.

4) *Encyclop.* l. § 90. a. 9. p. 492. 5) Vid. has Epp. a me laud. p. XCI.

diudicandosque. Imo vero ipsi non ad ulla scripta humana, ne ad ipsam quidem *fidei Confessionem Belgicam*, aut *Catechesin Heidelbergensem*, sed ad solum Codicem sacrum, maxime ad Novi Testamenti libros provocant, adductisque ex iis locis ét veram fidei doctrinam exponere, ét errores refutare conantur. Quid? quod Patres Dordraceni, recognoscendis Confessione et Catechesi, *formale* q. d. *Protestantismi principium* coram toto orbe Christiano egregie servarunt et vindicarunt. Nec ininus *materiale*, quo Protestantes innitimur *principium*, in condendis Canonibus, tueri studuerunt; namque omnem nostram salutem e Dei benevolentia derivandam Eiusque gratiae attribuendam esse quam disertissime contendunt: quod principium quum servari non posse existimarent, admissâ Remonstrantium sententiâ, quippe quae PELAGII errores renovare iis videretur, summo animi ardore ea placita vindicare studuerunt, quae in Canonibus exponuntur et defenduntur. Deinde magna iis inest moderatio; ctenim sicuti Remonstrantium errores reiecerunt, ita et *Supra-lapsariorum* q. d. sententiam minime sequendam esse existimarunt 1). Porro licet omnem nostram salutem Dei gratiae tribuendam esse dictitent, iidem tamen contendunt, causam τῆς ἀπιστίας atque interitus nonnullorum hominum neque in Deo, neque in CHRISTO, neque in Evangelio, sed in illis ipsis esse quaerendam. Tum diserte monent, »divinam regenerationis »gratiam non agere in hominibus tanquam truncis et stipitibus,» atque adeo »non excludere, sed requirere usum mediorum, per »quae Deus — virtutem istam suam exercere voluit» 2). Denique ita suam sententiam exponunt, ut singulorum placitorum vis atque efficacia in consolandis emendandisque nostris animis perspiciatur. Quae cum ita sint, ab una quidem parte concedimus, improbandos esse in eo Canones Dordracenos, quod inquirent in res, in quas inquirere nos non oportet, atque explicare studeant, quae plene explicare non possumus, ab altera vero parte non dubitamus contendere, haud uno nomine eos esse laudandos.

1) Vid. ΥΡΕΥ et DERMOUT I. I. II. p. 229—231, in pr. ann. 269.

2) Vid. Cap. III et IV. Art. XVI sq.

ORDO ET ARGUMENTUM.

<p>Confessio fidei Belgica..... p. 1</p> <p>Lettre au Roy d'Espagne..... » 3</p> <p>La Confession ancienne des Egli- ses du Pais-Bas, présentée à l'Empereur Maximilien II. L'an. 1566..... » 12</p> <p>Art. I..... » —</p> <p>— II..... » —</p> <p>— III..... » 13</p> <p>— IV..... » 14</p> <p>— V..... » —</p> <p>— VI..... » 15</p> <p>— VII..... » —</p> <p>— VIII..... » 17</p> <p>— IX..... » 18</p> <p>— X..... » 20</p> <p>— XI..... » 21</p> <p>— XII..... » —</p> <p>— XIII..... » 23</p> <p>— XIV..... » 24</p> <p>— XV..... » 26</p> <p>— XVI..... » 27</p> <p>— XVII..... » —</p> <p>— XVIII..... » 28</p> <p>— XIX..... » 29</p> <p>— XX..... » 30</p> <p>— XXI..... » 31</p> <p>— XXII..... » 32</p> <p>— XXIII..... » 34</p>	<p>Art. XXIV..... p. 35</p> <p>— XXV..... » 37</p> <p>— XXVI..... » —</p> <p>— XXVII..... » 40</p> <p>— XXVIII..... » 41</p> <p>— XXIX..... » 42</p> <p>— XXX..... » 44</p> <p>— XXXI..... » 45</p> <p>— XXXII..... » 46</p> <p>— XXXIII..... » —</p> <p>— XXXIV..... » 47</p> <p>— XXXV..... » 49</p> <p>— XXXVI..... » 52</p> <p>— XXXVII..... » 54</p> <p>Bekentnisse of Belydenisse des Gheloofs..... » 57</p> <p>Sendbrief aen de Konincklyke Maj. » 59</p> <p>Art. I. (Datter een eenich Godt is etc.)..... » 70</p> <p>— II. (Op wat wyse Godt ge- kent wert)..... » 72</p> <p>— III. (Van het geschreven woord Gods)..... » —</p> <p>— IV. (Canonycke boecken der H. Schrift)..... » 74</p> <p>— V. (Weerdicheyt, ende oor- sake der ongetwyfelder aenne- minge der H. Schrift)..... » 76</p> <p>— VI. (Onderscheyttusschende</p>
---	---

Canonijcke boeken der H.Schrift, ende der Apocrijphen)..... p. 78	Art. XX. (Van de rechtveerdic- heyt ende barmherticheyt Gods, in Christo bewesen)..... p. 126
Art. VII. (Volcomenheyt ende genoechsaemheydt der Heyliger Schrift, om die ende gheen an- dere, voor een regel des geloofs aen-te-nemen)..... » 80	— XXI. (Van de voldoeninghe Christi voor ons, door Sijn Ly- den ende Sterven)..... » —
— VIII. (Dat Godt eenich in wesen is, ende onderscheyden in drie persoonen)..... » 84	— XXII. (Dat wy door Chri- stum alleen (door 't geloove aen- ghenomen) rechtveerdich ge- maeckt worden)..... » 130
— IX. (Bewijs van 't voorgaen- de, ende d'onderscheyden eygen- schappen der persoonen)..... » 86	— XXIII. (Dat onse rechtveer- dicheyt alleen bestaet in de vergevinghe onser sonden, ende werckinghe der gehoorsaem- heydt Christi)..... » 134
— X. (Dat Iesus Christus war- achtich, eewich Godt is)..... » 92	— XXIII. (Van de heylichma- kinghe des menschen ende den goeden wercken)..... » 138
— XI. (Dat de H. Gheest war- achtich eewich Godt, ende van de twee andere Persoonen on- derscheyden is)..... » 96	— XXV. (Van de afdoeninghe der Wet)..... » 142
— XII. (Dat Godt al, wat hy niet en is, wt niet geschapen heeft: ende van de Enghelen). » 98	— XXVI. (Van 't eenighe Ad- vocaetschap ende voorbiddinghe Christi)..... » 144
— XIII. (Dat Godt door sijne voorsienichcyt alles regheert ende verordent)..... » 102	— XXVII. (Van de alghemey- ne Christelicke Kercke)..... » 152
— XIII. (Van de scheppinge ende val des menschen, ende zijn onvermoghden tot het ware goet). » 106	— XXVIII. (Dat een yeghe- lijck hem sculdich is by de Kercke te voeghen)..... » 156
— XV. (Van der erfsonde, werckinghe, ende aenlevelick- heyt der selve)..... » 112	— XXIX. (Van het onder- scheydt ende merck-teecken der ware ende valscher Kercke). » 158
— XVI. (Van de eewighe ver- kiesinghe Gods)..... » 114	— XXX. (Van de administra- tie, ende regeringhe der Kerc- ken)..... » 164
— XVII. (Van het middel der weder-oprechtinghe des men- schen)..... » 116	— XXXI. (Van de Dienaren, Ouderlinghen, ende Diaconen). » 166
— XVIII. (Van de mensch- weerdighe Christi)..... » 118	— XXXII. (Van de Ordene en- de Discipline der Kercke).... » 168
— XIX. (Van de verecninghe ende onderscheydinge der twee natueren Christi in een per- soone)..... » 122	— XXXIII. (Van de Sacra- menten)..... » 170
	— XXXIII. (Van den Heyli- gen Doop),..... » 172

Art. XXXV. (Van den H. Avont- male)..... p. 178	Art. XIX. (de unione hypostati- ca, s. personali duarum natura- rum in Christo)..... p. 240
— XXXVI. (Van de Politische Overheyt)..... » 188	— XX. (de modo redemptionis per declarationem iustitiae et misericordiae Dei in Christo).. » 242
— XXXVII. (Van 't laetste Oordeel)..... » 190	— XXI. (de satisfactione Chri- sti pro peccatis nostris)..... » —
Vermaninghe ende Vertooch tot den Overheden van de Ncder- landen etc..... » 198	— XXII. (de fide iustificante et de iustificatione fidei)..... » 244
Confessio Belgica..... » 210	— XXIII. (de iustitia nostra, qua coram Deo consistimus)... » 246
Art. I. (de natura Dei)..... » —	— XXIV. (de sanctificatione et de bonis operibus)..... » 248
— II. (de cognitione Dei)... » —	— XXV. (de abrogatione legis ceremonialis, et de convenientia V. et N. Test.)..... » 252
— III. (de sacra Scriptura)... » 212	— XXVI. (de intercessione Christi)..... » —
— IV. (de Canonicis II. V. et N. T.)..... » —	— XXVII. (de Ecclesia Catho- lica)..... » 258
— V. (de auctoritate S. Scri- pturae)..... » 214	— XXVIII. (de Communione Sanctorum cum vera Ecclesia). » 260
— VI. (de discrimine librorum Canonicorum et Apocryphorum) » 216	— XXIX. (de notis verae Ec- clesiae)..... » 262
— VII. (de perfectione S. Scri- pturae)..... » —	— XXX. (de regimine Eccle- siae)..... » 264
— VIII. (dogma de S. S. Trini- tate personarum in unica es- sentia divina exponitur)..... » 218	— XXXI. (de vocatione Mini- strorum Ecclesiae)..... » 266
— IX. (comprobatur)..... » 220	— XXXII. (de potestate Eccle- siae in condendis legibus ecclesi- asticis et in administranda dis- ciplina)..... » —
— X. (de aeterna deitate Filii Dei, domini nostri I. C.)..... » 224	— XXXIII. (de Sacramentis). » 268
— XI. (de persona et aeterna deitate Spiritus s.)..... » 226	— XXXIV. (de Baptismo)... » 270
— XII. (de Creatione mundi et de Angelis)..... » —	— XXXV. (de coena Domini). » 274
— XIII. (de Providentia Dei). » 228	— XXXVI. (de Magistratu).. » 280
— XIV. (de hominis creatione, lapsu et corruptione)..... » 230	— XXXVII. (de iudicio extre- mo, resurrectione carnis, et vita aeterna)..... » 282
— XV. (de peccato originali). » 234	
— XVI. (de praedestinatione divina)..... » 236	
— XVII. (de reparatione gene- ris humani per Filium Dei)... » —	
— XVIII. (de incarnatione Fi- lii Dei)..... » 238	

Symbola, in Conf. Belg. art. IX	<i>De Baptismo</i> p. 346
laudata et accepta p. 286	Domin. XXVI. Quaest. 69—71. » —
Symbolum Apostolorum » —	— XXVII. — 72—74. » 348
— Nicaenum, s. potius	<i>De Coena Domini</i> » 350
Nicaeno-Constantinopolitanum. » —	Domin. XXVIII. Quaest. 75—77. » —
— q. d. ATHANASII. » 289	— XXIX. — 78—79. » 354
Catechesis Palatina s. Heidel-	— XXX. — 80—82. » 356
bergensis » 293	— XXXI. — 83—85. » 360
Praefatio » 294	Tertia pars, de <i>Gratitudine</i> . . » 362
Domin. I. Quaest. 1, 2. . . . » 302	Domin. XXXII. Quaest. 86—87. » —
Pars prima de <i>miseria hominis</i> . » 304	— XXXIII. — 88, 91. » 364
Domin. II. Quaest. 3—5. . . . » —	— XXXIV. — 92—95. » 366
— III. — 6—8. . . . » 306	— XXXV. — 96—98. » 372
— IV. — 9—11. . . . » —	— XXXVI. — 99, 100. » 374
Secunda pars, de <i>liberatione ho-</i>	— XXXVII. — 101, 102. » 376
<i>minis</i> » 310	— XXXVIII. — 103 » —
Domin. V. Quaest. 12—15. . . » —	— XXXIX. — 104 » 378
— VI. — 16—19. . . » 312	— XL. — 105—107. » —
— VII. — 20—23. . . » 314	— XLI. — 108, 109. » 380
— VIII. — 24, 25. . . » 316	— XLII. — 110, 111. » 382
De <i>Deo Patre</i> » 318	— XLIII. — 112. » —
Domin. IX. Quaest. 26 » —	— XLIV. — 113—115. » 384
— X. — 27, 28. . . . » 320	De <i>precatione</i> » 386
De <i>Deo Filio</i> » —	Domin. XLV. Quaest. 116—119. » 386
Domin. XI. Quaest. 29, 30 . . . » —	— XLVI. — 120, 121. » 388
— XII. — 31, 32 . . . » 322	— XLVII. — 122. » 390
— XIII. — 33, 34 . . . » 324	— XLVIII. — 123. » —
— XIV. — 35, 36 . . . » —	— XLIX. — 124. » —
— XV. — 37—39. . . » 326	— L. — 125. » 392
— XVI. — 40—44. . . » 328	— LI. » 126. » —
— XVII. — 45. » 330	— LII. — 127—129. » —
— XVIII. — 46—49. . . » —	Verzeichnis der fürnemsten Text,
— XIX. — 50—52. . . » 334	wie die ordentlich im vorgehen-
De <i>Deo Spiritu sancto</i> » 336	den Catechismo erklret sein. » 396
Domin. XX. Quaest. 53. . . . » —	Iudicium Synodi Nationalis —
— XXI. — 54—56. . . » —	<i>habitaé Dordrecht</i> a 1618
— XXII. — 57, 58. . . » 338	et 1619 — de quinque do-
— XXIII. — 59—61. . . » 340	ctrinae Capitibus, in Eccle-
— XXIV. — 62—64. . . » 342	siis Belgicis controversis. . . » 398
De <i>Sacramentis</i> » 344	Praefatio » —
Domin. XXV. Quaest. 65—68. » —	

Formula iuramenti	p. 402	Reiectio errorum	p. 437
Sententia de divina praedestina- tione et annexis ei Capitibus caett	» 403	Quintum doctrinae Caput de <i>per- severantia sanctorum</i>	» 443
wendighe hypocrysie ende gheveynstheydt quijtende, met somtijts ter Misse te gaen, te Oorbiechten, etc. dat sy toelaet te leven in sulcke ongeschictheyt als men wil. Ter contrarien, het Euangelium is haer eenen reuck des doots, als ten naesten de herten der menschen ondersoeckende, haer gheveynstheydt ontdec-kende, ende hierom lastereu sy ons als voor oproerighe, ende verstoorders der ghemeyne welvaert te wesen, noemende de ghemeyne ruste, haer eyghen be-ghevinghe tot alle sonden, wt al welcke sy niet en moghen lijden opgheweckt te worden. Och, oft God beliefdde dat wy so veel exempelen van dit gheslachte der menschen in dese Nederlanden niet en hadden. Het is waer, dat sy niet alle in godloosheydt ghelijck en zijn: want sommighe, ende selve, de Monicken, Scolastiken, ende Doctoren, hebben de ghenade veracht, die de Heere haer ghedaen hadde, om te bekennen de reynicheydt des Euangeliums, ende die te onderscheyden van de dwalinghen ende onheylighinghe des heylighen dienst Gods. Waer door dese verachtinghe wrekende, (midts dien, dat sy hem niet aenghebeden, noch verkondicht en hebben, gelijk hy hem haer gheopenbaert hadde, door zijn gherechtich oordeel) heeft haer in eenen verkeerden sin overgheven, also dat sy met lossen toome, tot aller boosheden toeloo-pen, ende wy en hebben gheen meerder vyanden, dan die: want sy voor allen dinghen vreesende, dat haer gheloof of authoritydt vermindert worde, ende dat sy gheacht worden, dat sy langhe tijden, de men-schen in dwalinghe hebben ghehouden, so en kunnen sy nieuwers door tot een belijdinghe haerder onwe-

tenheydt ofte boosheydt ghebracht worden. Maer, Och lacen, alsulcke bekentenisse haerder misdaet, waer wel so prijselick, als de hardneckicheyt, van de oogen te sluyten voor den lichte, gruwelick is voor God: Ja selfs, dat in desen deele, gheen ander sonde, dan teghen den heylighen Gheest gevonden en wordt, de welcke door den mondt Jesu Christi, onverghevelick verklaert wordt, welck is, te vervolghen teghen zijn eyghen kennisse ende consciencie, de ghene, die in alle eenvoudicheyt, belijdinghe des Euangeliums doen.

De andere en zijn sulcks niet, noch so gruwelicke verachters Gods, maer alleenlick zijn so behanghen met begheerten des vleeschs, ende des werelts, even als ofter gheen ander toekomende leven dan dit teghenwoordich en ware, noch en ghevoelen niets, dat Christelicken is: dit is het simpel volck, het welcke hem so seer ende onbeschaemelick tot dronckenschap begheeft, datmen selden boven het wtwendich schijnsel des aansichtes, nauwelicx eenich onderscheydt tusschen haer ende den Beesten sien en kan, so ghewelidelick van drincken vervoert, vallen sy deen op den anderen, ende ontleden ende verscheuren haer: of sy achten hierentusschen (O eerbare Heeren) haer dese dertelheden vrij te wesen, om haer te quijten, midts ter Misse te gaen, niemant siende ghestrafte, dan de ghene die daer niet en gaen, wat goet teecken, dat sy daer beneven hebben. Ende also ist een sentencie, seer wel van Plato beschreven, dat alsulcke, de Burghers in eender Ghemeynten, als de Overheden wesen sullen: ende de boosheydt wast, daer de straffe van weynighen, niet en is de vreesse van velen. Waer door u sweertdt, niet dan

om in ons bloedt te weycken wtstreckende, bidde ick u ootmoedelick, siet toe, dat ghy voor Gode, niet schuldich ghehouden en wordt, van so veel hoereringen, lasteringhen, ende doodtslaghen, die onder het volck gheschieden: ende vergelijckt onse maniere ende leven met onse vyanden; want door dieselve kentmen den mēnsche, ghelijck den Boom by de vruchten. Wy dancken God, dat onse vyanden selve, ghedwonghen worden, eenighe ghetuyghenisse onser manierlicheydt, vromicheydt ende lijtsaemheyt te gheven: also dat haer ghemeyn seggen is: Hy en sweert niet, hy is een Lutheriaen: hy en hoereert niet, noch en drinckt niet droncken, hy is vander nieuwer Secte. Ende niet teghenstaende dese ghetuyghenissen der eerbaherheyt, en wordt nochtans gheen maniere van straffinghe vergheten, om ons te pijnighen. Beghint dan, O onse Heeren, beghint onse sake in handen te nemen, ende te ondersoecken van onser onnooselheyt, die door het bedroch, lasteringhen, ende het ghewelt van onser tegenpartije, heeft onderdruct gheweest, op dat de Heere, die het leven syner Dienaren, dierbaer ende weert heeft, zijn gramschap over u niet wt en strecke. En veracht het weenen, ende versuchten so veelder onnooselen niet, op dat de Heere u in uwe ghebeden verhoore, u in uwe Ampten ende Heerschappien seghene, ende u in al dat ghy doen sult, voorspoedich make. Dat moet gheschieden. Amen, Amen.



CONFESSIO BELGICA.

Ex Harmonia Confessionum fidei.

Art. I.

Corde credimus et ore confitemur, unicam esse et simplicem essentiam spiritualem, quam Deum vocamus, aeternum, incomprehensibilem, inconspicuum, immutabilem, infinitum, qui totus est sapiens, fonsque omnium bonorum uberrimus.

Art. II.

Duobus autem modis Deum cognoscimus, primo per ipsam creationem, conservationem, atque universi huius mundi gubernationem. Is enim oculis nostris est instar Codicis pulcherrimi, in quo creaturae omnes, a minimis usque ad maximas, veluti characteres et elementa quaedam insculptae sunt: per quae invisi-

ECCLESIIARUM BELGICARUM
CHRISTIANA ATQUE ORTHODOXA CONFESSIO,
SUMMAM DOCTRINAE DE DEO ET AETERNA
ANIMARUM SALUTE COMPLECTENS.

Ex Actis Synodi Dordracenae.

Art. I.

Corde credimus, et ore confitemur omnes, unicam esse et simplicem essentiam spiritualem, quam Deum vocamus; eumque aeternum, incomprehensibilem, invisibilem, immutabilem, infinitum, omnipotentem, summe sapientem, justum, et bonum, omniumque bonorum fontem uberrimum.

Art. II.

Duobus autem modis eum cognoscimus: primo, per creationem, conservationem, atque totius mundi gubernationem: quandoquidem is coram oculis nostris est, iustar libri pulcherrimi, in quo creaturae omnes, magnae minoresque, loco characterum sunt, qui nobis Dei invisibilia contemplanda exhibent; aeternam nempe

Ex Harm. Confess.

bilia Dei conspici cognoscique a nobis possunt, nempe aeterna ipsius potentia et Divinitas, ut Paulus Apostolus loquitur Rom. I. c. 20. Quae cognitio sufficit ad convincendos, et inexcusabiles reddendos quosvis homines. At multo clarius et manifestius deinceps se ipsum nobis ille in sacro suo et divino verbo patefacit: quantum quidem id ad gloriam ipsius, suorumque salutem, in hac vita expedit.

Art. III.

Confitemur, hoc Dei verbum non fuisse ulla humana voluntate aut allatum, aut traditum: sed sanctos Dei viros divino afflatos Spiritu illud eloquutos esse, ut testatur divus Petrus: Postea vero Deus ipse pro immensa illa cura et sollicitudine, quam de suis, suorumque salute gerit, servis suis Apostolis et Prophetis mandavit, ut sua illa oracula scriptis committerent: ipseque adeo duas tabulas Legis digito suo exaravit: quae causa est, cur eiusmodi scripta, sacram et divinam Scripturam appellamus.

Art. IV.

Complectimur autem sacram Scripturam duobus illis voluminibus veteris et novi Testamenti, qui libri Canonici vocantur: de quibus nulla unquam fuit controversia. Eorumque hic est tum numerus, tum ordo in Dei Ecclesia receptus. Quinque libri Mosis, liber Josue, Judicum, Ruth, duo libri Samuelis, duo Regum, duo Chronicorum, qui Paralipomenon dicuntur,

Ex Actis Syn. Dordr.

eius potentiam et divinitatem, ut Paulus Apostolus loquitur, Rom. I. 20. Quae omnia ad convincendos, et inexcusabiles reddendos homines, sufficiunt. Secundo ipse sese nobis longe manifestius et plenius in sacro et divino suo Verbo cognoscendum praebet, quantum quidem id ad gloriam ipsius, nostramque in hac vita salutem necessarium est.

Art. III.

Confitemur, hoc Dei verbum, non humana voluntate allatum, traditumque fuisse; sed sanctos Dei viros divino afflato Spiritu locutos esse, ut beatus Petrus ait. Postea vero Deus, pro singulari cura, quam de nobis nostraque salute gerit, servis suis Prophetis et Apostolis mandavit, ut sua illa oracula scriptis consignarent. Quin et ipse duas tabulas Legis digito suo exaravit. Atque hanc ob causam, scripta huiusmodi Sacras et Divinas Scripturas appellamus.

Art. IV.

Sacram autem Scripturam, duobus voluminibus, Veteris nimirum et Novi Testamenti complectimur: qui sunt libri Canonici: quibus nihil opponi potest. Eorum in Dei Ecclesia hic est Catalogus. Veteris quidem Testamenti, quinque libri Moysis; nempe Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium: Liber Iosuae, Iudicum, Ruth, duo libri Samuelis, et

Ex Harm. Confess.

primus Esdrae, Nehemias, Esther, Job: item Psalmi Davidis, tres libri Salomonis, nempe Proverbia, Ecclesiastes, et Canticum Canticorum: quatuor Prophetæ maiores, Esaias, Jeremias, Ezechiel et Daniel: adhaec duodecim etiam minores Prophetæ. Novi porro Testamenti libri Canonici sunt: quatuor Euangelistæ: divus scilicet Matthæus, Marcus, Lucas et Johannes: Acta Apostolorum; quatuordecim Epistolæ divi Pauli et septem reliquorum Apostolorum: Apocalypsis divi Johannis Apostoli.

Art. V.

Hos libros solos recipimus tanquam sacros et canonicos: quibus fides nostra inniti, confirmari et stabiliri possit. Itaque absque ulla dubitatione ea omnia credimus, quæ in illis continentur. Idque non tam quod Ecclesia illos pro Canonicis recipiat, et comprobet; quam quod Spiritus sanctus nostris conscientiis testetur illos a Deo emanasse: et eo maxime quod ipsi etiam per se sacram hanc suam authoritatem et sanctitatem testentur, atque comprobent; quum et ipsi

Ex Actis Syn. Dordr.

duo Regum, duo libri Chronicorum, qui Paralipomenon dicuntur; primus Esdrae, Nehemias, Esther. Item Iob, Psalmi Davidis, tres libri Salomonis, videlicet Proverbia, Ecclesiastes et Canticum Canticorum. Quatuor Prophetae maiores, Esaias, Ieremias cum eiusdem Threnis, Ezechiel et Daniel: inde reliqui duodecim minores Prophetae, nempe: Oseas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Habacuc, Zophonias, Aggaeus, Zacharias et Malachias. Novi vero Testamenti: quatuor Euangelistae, sanctus scilicet Matthaeus, Marcus, Lucas et Iohannes, Acta Apostolorum; quatuordecim Epistolae S. Pauli, quae sunt ad Romanos, ad Corinthios duae, Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, ad Thessalonicenses duae, ad Timotheum duae, ad Titum, Philemonem, Hebraeos; et septem epistolae reliquorum Apostolorum, nempe Iacobi, Petri duae, Iohannis tres, Iudae; Apocalypsis denique S. Iohannis Apostoli.

Art. V.

Hosce omnes libros solos pro sacris et canonicis recipimus, ut ad eos, veluti ad regulam, fides nostra exigatur, iisque, tanquam fundamento, innitatur, et stabiliatur. Eaque omnia, quae illis continentur, absque omni dubitatione credimus: idque non tam, quod Ecclesia eos pro huiusmodi recipiat et approbet, quam inprimis, quod Spiritus S. in cordibus nostris testetur, a Deo profectos esse, probationemque eius in se ipsis habeant: quum vel ipsi caeci ea, quae in illis

Ex Harm. Confess.

caeci rerum omnium, quae in illis scriptis praedictae fuerunt, impletionem ¹⁾ et executionem clare conspiciere, et veluti sensibus percipere possint.

¹⁾ Vitio typogr., ni fallor, pro *impletionem*.

Art. VI.

Differentiam porro constituimus, inter libros istos sacros, et eos, quos Apocryphos vocant: utpote quod Apocryphi legi quidem in Ecclesia possint: et fas sit ex illis eatenus etiam sumere documenta, quatenus cum libris Canonicis consonant: at nequaquam ea est ipsorum auctoritas, et firmitudo, ut ex illorum testimonio aliquod dogma de Fide et Religione Christiana, certo constitui possit: tantum abest, ut aliorum auctoritatem infringere vel minuere valeant.

Art. VII.

Credimus autem sacram hanc Scripturam perfectissime omnem Dei voluntatem complecti, et in illa abunde ea omnia doceri, quaecunque ab hominibus credi necesse est, ut salutem consequantur. Itaque cum illic exactissime et fuse descripta sit omnis divini cultus ratio, quam Deus a fidelibus exigit: nulli hominum (quamvis Apostolica dignitate praedito, ac ne

Ex Actis Syn. Dordr.

praedicta fuerunt, evenire, ipso quasi contractu ¹⁾ deprehendant.

1) Vitio typogr., ni fallor, pro *contractu*.

Art. VI.

Differentiam porro constituimus inter libros hosce Sacros, et Apocryphos; qui sunt tertius et quartus Esdrae, libri Tobiae, Iudith, Sapientiae, Ecclesiastici; Baruch cum epistola Ieremiae, adiectiones ad Estherem, Canticum in fornace trium puerorum, Historia Susannae, Idoli Belis et Draconis: Oratio Manassis, duo praeterea libri Machabeorum: quos quidem Ecclesia legere et ex iis documenta de rebus cum libris Canonicis consentientibus, desumere potest. At nequaquam ea ipsorum vis et autoritas est, ut ex ullo testimonio ipsorum aliquod dogma de fide aut Religione Christiana, certo constitui possit: tantum abest, ut divinorum illorum librorum autoritatem imminuere valeant.

Art. VII.

Credimus sacram hanc Scripturam Dei voluntatem perfecte complecti, et quodcumque ab hominibus, ut salutem consequantur, credi necesse est, in illa sufficienter edoceri. Nam quum illic omnis divini cultus ratio, quem Deus a nobis exigit, fusissime descripta sit, nulli hominum, ne Apostolis quidem, fas est aliter docere, quam iam pridem in sacris Literis edocti su-

Ex Harm. Confess.

ulli quidem Angelo e coelo demisso, ut divus Paulus loquitur) fas est aliter docere, quam iampridem in sacris Scripturis edocti sumus. Quum enim vetitum sit, ne quis Dei verbo quicquam aut addat, aut detrahat, satis eo ipso declaratur, sacram hanc doctrinam omnibus suis numeris, et partibus perfectam ac absolutam esse. Ideoque cum hisce divinis scripturis, atque Dei nuda veritate, nulla alia hominum, quantavis sanctitate praeditorum, scripta: nulla consuetudo, nec multitudo ulla: nec antiquitas: neque temporum praescriptio, neque personarum successio: neque concilia ulla, nulla denique hominum decreta, aut statuta conferenda, comparandave sunt, utpote quod Dei veritas rebus omnibus antecellat. Omnes enim homines natura sua sunt mendaces, et ipsa vanitate vaniores. Idcirco toto animo reiicimus quaecunque cum certissima hac regula non conveniunt, ut ab Apostolis edocti fuimus, quum dicunt: Probate spiritus, an ex Deo sint: et si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non adfert, ne recipite illum domum etc.

Art. VIII.

Iuxta hanc veritatem et Dei verbum in unicum solum Deum credimus (qui est unica essentia, incommunicabilibus proprietatibus in tres personas re vera ab aeterno distincta) nempe in Patrem, Filium, et Spiritum Sanctum: Nam Pater quidem, visibilium omnium et invisibilium causa, origo, ac initium existit: Filius est verbum, sapientia, et imago Patris: Spiri-

Ex Actis Syn. Dordr.

mus; imo vero, etiamsi e coelo Angelus foret, ut ait Apostolus Paulus. Quum enim vetitum sit, ne quis Dei verbo quicquam addat aut detrahat, satis eo ipso demonstratur, doctrinam illius perfectissimam, omnibusque modis consummatam esse. Sed nec cum divinis iisdem Scripturis ulla hominum, quantavis sanctitate praedictorum, scripta, neque ulla consuetudo, cum divina veritate, (veritas enim rebus omnibus antecellit), neque multitudo, neque antiquitas, neque temporum, personarumque Successio, neque Concilia, Decreta, aut Statuta comparari possunt. Omnes enim homines mendaces ex se ipsis sunt, ipsaque vanitate vaniores. Idecirco toto animo reiicimus quicquid cum certissima hac regula non convenit, quemadmodum edocti ab Apostolis sumus, cum dicunt: Probate Spiritus, an ex Deo sint. Item, si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non adfert, ne recipite eum in domum vestram.

Art. VIII.

Secundum hanc veritatem et Dei verbum credimus in unum Deum, qui est unica essentia, in qua tres sunt personae, incommunicabilibus proprietatibus ab aeterno revera ac reipsa distinctae; nempe Pater, Filius et Spiritus S. Pater, omnium rerum tam visibilium quam invisibilium causa, origo atque principium est: Filius est verbum, sapientia, et imago Patris:

Ex Harm. Confess.

tus Sanctus vero potentia est et virtus quae a Patre et Filio emanat. Ita tamen ut haec distinctio non efficiat ut Deus sit veluti in tres partes divisus: quandoquidem Scriptura nos docet et Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum distinctam habere suis proprietatibus hypostasim sive subsistentiam. Ita tamen ut tres hae personae sint tantum unus et solus Deus. Igitur certum est nec Patrem, Filium, nec Filium Patrem esse, neque Spiritum Sanctum aut Patrem, aut Filium. Interim tamen personae illae sic distinctae, neque sunt divisae, neque confusae, neque permixtae: non enim Pater, aut Spiritus Sanctus carnem humanam assumpserunt, sed solus Filius. Pater nunquam sine Filio suo fuit, nec sine Spiritu suo sancto, quia singuli in una eademque essentia eiusdem sunt aeternitatis. Nullus enim ex his aut primus, aut ultimus est, quia omnes tres unum sunt, tum veritate ac potentia, tum bonitate et misericordia.

Art. IX.

Haec vero omnia tam ex sacrae Scripturae testimoniis, quam ex ipsis effectis cognoscimus, iisque potissimum, quae nos in nobismetipsis sentimus. Et sacrae quidem Scripturae testimonia, quae nos docent sacram hanc Trinitatem credere, passim in veteri Testamento occurrunt: quae non tam numeranda, quam certo Iudicio seligenda sunt. Qualia haec sunt, Geneseos primo dicit Deus, Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, etc. Et mox.

Ex Actis Syn. Dordr.

Spiritus S. virtus et potentia aeterna, a Patre filioque procedens. Veruntamen haec distinctio non efficit, ut Deus in tres sit divisus; quandoquidem Scriptura nos docet, Patrem, Filium et Spiritum S. singulos distinctam habere suis proprietatibus hypostasin. Ita tamen, ut tres hae Personae, tantum sint unus et solus ille Deus. Manifestum itaque est, Patrem non esse Filium, neque Filium esse Patrem; similiter, Spiritum S. nec Patrem neque Filium esse. Interim Personae illae, ita distinctae, non sunt divisae; neque inter se confusae aut permixtae. Non enim Pater carnem assumpsit, ut nec Spiritus S. sed solus Filius. Pater nunquam sine Filio suo, nec sine Spiritu suo Sancto fuit. Quia tres hi in una eademque essentia, aeternitate sunt aequales. Nihil hic prius est aut posterius, quum omnes tres unum sint, tum veritate et potentia, tum bonitate et misericordia.

Art. IX.

Haec vero omnia cognoscimus, tam ex S. Scripturae testimoniis, quam ipsarum Personarum effectis; iisque potissimum, quae in nobismet ipsis percipimus. Et sacrae quidem Scripturae testimonia, quae nos docent Sanctam hanc Trinitatem credere, in compluribus Veteris Testamenti Locis extant; quae non tam numeranda, quam seligenda discernendaque sunt. Libro Geneseos dicit Deus, Faciamus hominem, ad imaginem nostram, et secundum similitudinem nostram, etc.

Ex Harm. Confess.

Creavit itaque Deus hominem ad imaginem et similitudinem suam, marem, inquam, et foeminam creavit eos. Item, Ecce Adam tanquam unus nostrum factus est. Ex eo enim quod dicitur, faciamus hominem ad similitudinem nostram, apparet plures esse personas in Deitate. Quum autem dicitur, Deus creavit, etc. indicatur unitas Divinitatis. Etsi autem hic non exprimitur quot sint personae, tamen quod in veteri Testamento obscure traditum est, id in novo nobis luce clarius exponitur. Quum enim Dominus noster Iesus Christus in Iordane baptizaretur, Patris vox audita est dicentis, hic est Filius meus dilectus: Et Filius ipse in aquis est visus: Spiritus vero Sanctus sub specie columbae apparuit. Ideo et in communi omnium fidelium baptismo hac formula uti praecipimur, Baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Sic etiam apud Lucam, Gabriel Angelus Mariam, Domini nostri matrem, alloquitur. Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi inumbrabit te, propterea id quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Item, gratia Domini Iesu Christi et charitas Dei, et communicatio Spiritus Sancti sit vobiscum. Item, tres sunt qui testificantur in coelo, Pater, Sermo, et Spiritus Sanctus, qui tres unum sunt. Quibus omnibus locis amplissime docemur, in uuico Deo tres esse personas. Etsi autem haec doctrina omnem humani ingenii captum superet: illam tamen nunc ex Dei verbo firmiter credimus, expectantes donec in coelo plena illius cognitione frua-

Ex Actis Syn. Dordr.

Deus itaque creavit hominem ad imaginem suam: matrem et foeminam creavit eos. Item, Ecce Adam factus est, tanquam unus e nobis. Ex eo quod ait, faciamus hominem ad imaginem nostram, plures esse in Deitate Personas apparet: Cum vero inquit, Deus creavit, unitatem indicat. Verum id quidem est, ibidem non exprimi quot sint personae, sed quod nobis in Testamento Veteri paulo est obscurius, id perspicuum est admodum in Novo. Nam quum Dominus noster in Iordane baptizaretur, Patris vox audita fuit, dicentis, Hic est Filius meus dilectus: Filius in aquis visus est: Spiritus Sanctus sub specie columbae apparuit. Quin etiam in omnium fidelium Baptismo haec formula a Christo praescripta fuit, Baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus S. In Euangelio S. Lucae, Angelus Gabriel Mariam matrem Domini nostri ita alloquitur, Spiritus S. superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit te: propterea id etiam quod nascetur ex te Sanctum, Filius Dei vocabitur. Item, Gratia Domini nostri Iesu Christi, et charitas Dei, et communicatio Spiritus sancti, sit vobiscum. Et, Tres sunt qui testificantur in coelo; Pater, Sermo, et Spiritus Sanctus; atque hi tres, unum sunt. Quibus omnibus Locis plene docemur, tres esse in unica Dei essentia, Personas. Quamvis autem haec doctrina, omnem humani ingenii captum longe excedat; nihilominus illam ex Dei verbo nunc quidem credimus; expectamus vero perfectam eius notitiam fruitionemque in coelis. Notanda sunt porro etiam,

Ex Harm. Confess.

mur. Notanda sunt etiam harum trium personarum officia, et effecta, quae erga nos singulae exerunt. Pater enim Creator noster ob virtutem ipsius, Filius vero salvator, ac redemptor noster vocatur, quod sanguine suo nos redemerit. Spiritus sanctus sanctificator noster, quod in cordibus nostris habitet. Atque sanctam hanc sacram Trinitatis doctrinam iam inde ab Apostolorum aetate ad haec usque tempora semper vera Ecclesia retinuit, et adversus Iudaeos, Mahumetanos, aliosque pseudochristianos, et haereticos defendit, quales fuerunt Marcion, Manes, Praxeas, Sabellius, Samosatenus et similes: qui omnes merito ab orthodoxis Patribus damnati sunt. Itaque lubenter tria illa symbola hinc recipimus, nempe Apostolorum, Nicenum, et Athanasii, et quaecunque de hoc dogmate iuxta illorum symbolorum sententiam statuerunt.

Art. X.

Credimus Iesum Christum respectu naturae ipsius divinae unicum esse Dei filium ab aeterno genitum, non factum aut creatum (esset enim creatura) sed eiusdem cum Patre essentiae, illique coaeternum: quique est vera imago substantiae Patris, et splendor gloriae ipsius, in omnibus illi aequalis. Est autem is Filius Dei, non tantum ab eo tempore quo naturam nostram humanam induit, sed ab aeterno, ut haec testimonia invicem collata nos docent. Moses ait Deum creasse mundum: At divus Iohannes per Sermonem, quem Deum vocat, omnia facta fuisse di-

Ex Actis Syn. Dordr.

singularia trium harum Personarum erga nos officia et effecta. Pater vocatur noster Creator, virtute sua; Filius noster est Servator et Redemptor, sanguine suo; Spiritus autem Sanctus noster sanctificator, sua in cordibus nostris inhabitatione. Atque haec Sanctae Trinitatis doctrina, iam inde ab Apostolorum aetate, in hunc usque diem, in vera Ecclesia semper asserta et conservata fuit, adversus Iudaeos, Mahumetanos, atque quosdam Pseudo-Christianos haereticosque, utpote Marcionem, Manetem, Praxeam, Sabellium, Samosatenum, Arrium, et similes alios, qui iure meritoque ab Orthodoxis Patribus condemnati fuerunt. Idcirco in hoc negotio, lubenter recipimus tria illa Symbola; Apostolorum scilicet, Nicaenum et Athanasii: similiterque ea, quae a Veteribus patribus iuxta illorum Symbolorum sententiam statuta sunt.

Art. X.

Credimus, Iesum Christum, secundum naturam suam divinam, unigenitum Dei filium esse; ab aeterno genitum, non factum aut creatum (ita enim foret creatura), sed eiusdem cum patre essentiae, coaeternum, expressam imaginem hypostaseos Patris, et splendorem gloriae ipsius, in omnibus illi aequalem. Qui quidem Dei filius est, non tantum ab eo tempore quo nostram naturam assumpsit, sed ab omni aeternitate, ut haec testimonia inter sese collata, nos docent. Moyses ait, Deum mundum creasse: Sanctus vero Iohannes, Omnia per Sermonem facta fuisse, quem et Deum vocat: Et

Ex Harm. Confess.

cit. Sic Apostolus ad Haebreos ¹⁾, asserit Deum per Filium suum Iesum Christum omnia creasse. Sequitur itaque eum qui et Deus, et Sermo, et Filius, et Iesus Christus dicitur, iam tum extitisse, quum ab ipso omnia condita fuerunt. Idcirco Michaeas Propheta inquit, Exitus eius ab initio, a diebus aeternitatis: Item, Est absque initio dierum, et absque fine vitae. Est igitur ille verus Deus, aeternus, omnipotens, quem invocamus, adoramus, et colimus.

1) Sic!

Art. XI.

Credimus etiam et confitemur Spiritum sanctum a Patre et Filio ab aeterno procedere. Itaque nec factum, nec creatum, nec genitum fuisse, sed ab utroque tantum procedentem, qui ordine tertia est Trinitatis persona, eiusdem essentiae, gloriae et maiestatis cum Patre et Filio. Ideoque et ipse verus et aeternus Deus est, ut nos sacrae Scripturae docent.

Art. XII.

Credimus Patrem per verbum suum hoc est per Filium, coelum, terram, et reliquas creaturas omnes ex nihilo creasse, quum illi visum est opportunum, singulisque suum esse, formam, et varia officia tribuisse, ut creatori suo inservirent. Eumque nunc illas omnes etiam fouere, sustentare, et regere, pro aeterna sua providentia, et immensa virtute. Idque ut illae quidem homini, homo vero Deo suo inserviat.

Ex Actis Syn. Dordr.

Apostolus, Deum secula fecisse per Filium suum. Item, Deum creasse omnia per Iesum Christum. Necessesse itaque eum, qui Deus, Sermo, Filius et Iesus Christus nominatur, iam tum exstitisse, quum ab ipso omnia crearentur. Ideoque Propheta Micheas inquit, Exitus eius ab initio, a diebus aeternitatis. Et Apostolus, Est absque initio dierum, et absque fine vitae. Est igitur verus et aeternus ille Deus, atque omnipotens, quem invocamus, adoramus et colimus.

Art. XI.

Credimus praeterea et confitemur, Spiritum sanctum, a Patre et Filio ab aeterno procedere: non itaque factum; nec creatum, neque etiam genitum; sed solummodo ab utroque procedentem: qui ordine tertia in Trinitate persona est, eiusdem essentiae, Maiestatis et gloriae cum Patre Filioque: adeoque verus et aeternus Deus, ut nos sacra Scriptura docet.

Art. XII.

Credimus Patrem per verbum, hoc est, Filium suum, coelum et terram caeterasque creaturas omnes, quandoque ipsi visum fuit, ex nihilo creasse; illisque singulis suam essentiam, formam, et figuram, variaeque officia tribuisse, ut creatori suo inservirent: eumque etiam nunc eas omnes, pro aeterna sua Providentia, et immensa sua virtute, sustentare et regere: idque, ut illae quidem homini, homo vero Deo suo

Ex Harm. Confess.

Creavit etiam Angelos, omnes natura bonos, ut ministri ipsius essent, et electis etiam inservirent: Quorum tamen alii ab excellenti illa natura, in qua eos Deus crearat, in perditionem aeternam deciderunt: alii vero singulari Dei gratia in primo illo suo statu perstiterunt: diaboli quidem et cacodaemones illi, ita corrupti et depravati sunt, ut et Dei et omnis boni coniurati sint hostes: qui Ecclesiae et singulis illius membris tanquam praedones e specula insidiantur, ut imposturis suis ac deceptionibus omnia destruant et pessudent. Idcirco propria sua malicia perpetuae condemnationi addicti, expectant in dies horrenda suorum facinorum supplicia. Respuimus itaque hoc loco Saducaeorum errorem qui spiritus ullos, aut Angelos esse negarunt. Item et Manichaeorum errorem qui asserunt diabolos ex seipsis originem ducere, et ex propria sua natura malos esse: non autem corruptos per inobedientiam voluntariam.

Art. XIII.

Credimus Deum hunc Opt. Max. postquam res omnes creasset, minime eas sortis aut fortunae arbitrio regendas commisisse, sed ipsummet illas ex praescripto sacrosanctae suae voluntatis ita assidue regere et gubernare, ut nihil in hoc mundo absque illius decreto et ordinatione contingat: quanquam Deus malorum quae in hoc mundo accidunt, neque auctor, neque reus dici possit. Tam late enim patet infinita et incomprehensibilis illius tum potentia, tum boni-

Ex Actis Syn. Dordr.

inserviat. Creavit praeterea Angelos, eosque bonos, ut nuncii eius essent, electis eius ministrarent: quorum alii, ab excellentia, in qua eos Deus creaverat, in perditionem aeternam prolapsi sunt; alii, divina gratia, in primo illo statu perstiterunt, atque permanserunt. Diaboli autem et cacodaemones ita corrupti sunt, ut Dei omnisque boni sint hostes, qui omnibus viribus, Ecclesiae ac singulis eius membris, veluti praedones, insidiantur, ut imposturis suis omnia destruant perdantque: Ideoque propria sua malitia, aeternae condemnationi adiudicati, horrenda tormenta indies expectant. Ac proinde detestamur Sadducaeorum errorem, qui Spiritus et Angelos ullos esse negant: itemque et Manichaeorum, qui asserunt, diabolos ex seipsis originem suam ducere, et ex propria sua natura absque sui corruptione malos esse.

Art. XIII.

Credimus benignum illum Deum, postquam res omnes creasset, minime eas casui aut fortunae permisisse, sed secundum sanctam suam voluntatem eum in modum regere et gubernare, ut nihil in hoc mundo absque ipsius ordinatione eveniat: quamvis tamen Deus peccatorum quae fiunt neque autor neque reus sit. Tanta enim tamque incomprehensibilis ipsius potentia et bonitas, ut opus suum optime iustissimeque ordinet et exsequatur, etiam quum et diabolus et

Ex Harm. Confess.

tas, ut tunc etiam opera, et actiones suas sancte ac iuste decernat et exequatur, quum et diabolus, et impii iniuste agunt. Quaecumque vero ille agit humanum captum excedentia, de iis nolumus curiose et supra nostrum captum inquirere, quinimo secreta, iusta tamen, Dei iudicia humiliter et reverenter adoramus. Sufficit enim nobis (ut Christi discipulis) ea duntaxat discere quae ipse verbo suo nos docet, neque hos fines transilire fas esse ducimus. Haec vero doctrina immensam nobis adfert consolationem. Ex illa enim cognoscimus nihil nobis fortuito contingere, sed omnia Patris nostri coelestis voluntate, qui pro nobis vere paterna cura excubat, omnia sibi subdita habens, ita ut ne pilus quidem capitis nostri (qui omnes ad unum numerati sunt) evelli, nec minimus passerculus humi cadere, sine Patris nostri voluntate, possit. Istitis itaque penitus acquiescimus, agnoscentes Deum diabolos et inimicos nostros omnes veluti habentis ita fraenatos continere, ut sine ipsius voluntate et bona venia, nemini nostrum nocere valeant. Et hoc loco detestandam Epicureorum opinionem reiicimus, qui Deum otiosum, et nihil agentem, omniaque sorti committentem, finxerunt.

Art. XIV.

Credimus Deum ex limo terrae hominem ad imaginem suam, bonum scilicet, iustum, ac sanctum creasse, qui proprio arbitrio suam voluntatem ad Dei voluntatem componere et conformem reddere posset.

Ex Actis Syn. Dordr.

impii iniuste agunt. Quae vero ita agit, ut humanum excedant sensum, in ea nolumus curiose ultra quam fert captus noster inquirere. Quin imo omni animi submissione et reverentia, occulta nobis Dei iudicia adoramus: sufficitque nobis, Christi esse discipulos, ut ea duntaxat discamus quae ipse verbo suo nos docet, ut ne usque hosce limites transiliamus. Haec doctrina ineffabilem nobis adfert consolationem, dum ea erudimur, nihil nobis fortuito, nec sine optimi Patris nostri et coelestis voluntate, evenire posse. Qui pro nobis cura vere paterna excubat, omnesque sibi creaturas ita subditas habet; ut ne capillus quidem capitis nostri, qui omnes numerati sunt, imo nec passerculus ullus humi cadere, sine Patris nostri voluntate, possit. In quo quidem toti conquiescimus: persuasi, eum diabolos omnesque inimicos nostros veluti habenis continere, ut sine eius permissione et voluntate, nobis nocere nequeant. Eoque reiicimus detestandum Epicureorum errorem, qui dicunt, nihil Deum curare, omniaque fortunae permittere.

Art. XIV.

Credimus, Deum ex terrae pulvere, hominem creasse, et ad suam imaginem et similitudinem fecisse atque efformasse; bonum nempe, iustum, et sanctum. Qui suo sese arbitrio ad divinam voluntatem per omnia

Ex Harm. Confess.

Verum quum in honore esset, nescivit, et excellentiam suam non cognovit: sed seipsum sciens et volens peccato, et per consequens morti ac maledictioni subiecit: dum diaboli verbis, et imposturis aurem praebens mandatum vitae transgressus est, quod a Domino acceperat: seque a Deo (vera ipsius vita) penitus subduxit, atque abalienavit, vitiata omnino, atque corrupta per peccatum ipsius natura: quo factum est, ut morti tum corporeae, tum spirituali sese obnoxium reddiderit. Itaque improbus atque perversus effectus, in viisque suis omnibus et studiis corruptus praeclara illa dona omnia amisit, quibus illum ornaverat: adeo ut non nisi exiguae illorum scintillae et vestigia exilia illi relictas sint, quae tamen sufficiant ad inexcusabiles reddendos homines, quia quicquid in nobis est lucis, in caecas tenebras sit conversum, ut et scriptura ipsa docet, dicens, Lux in tenebris luget, et tenebrae eam non comprehenderunt. Ibi enim Iohannes manifeste homines tenebras vocat. Idcirco quaecunque de libero hominis arbitrio traduntur, ea nos merito reiicimus, quum is sit servus peccati, nihilque ex se possit homo, nisi datum sit illi de coelo. Quis enim iactare audeat se quaecunque voluerit praestare posse, quum Christus ipse dicat, Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus, qui me misit, traxerit eum? Quis voluntatem suam ostendet, qui audiat omnes carnis affectus inimicitias esse adversus Deum? Quis de intelligentia sua gloriabitur, qui sciat animale hominem non esse capace eorum

Ex Actis Syn. Dordr.

componere posset. Verum, cum in honore esset, id ipsum non intellexit, nec excellentiam suam cognovit, sed seipsum, verbis diaboli aurem praebens, peccato, ac proinde morti et maledictioni, volens subiecit. Nam mandatum vitae quod acceperat, transgressus est: seque a Deo, qui vera ipsius erat vita, peccato suo, penitus divulsit, totamque naturam suam corruptit. Quo se morti corporeae et spirituali obnoxium reddidit. Atque ita improbus perversusque effectus, et in viis studiisque suis corruptus, praeclara illa omnia dona, quae a Deo acceperat, amisit. Adeo ut ipsi tantum exigua quaedam illorum vestigia remanserint: quae tamen ad reddendum eum inexcusabilem sufficiant; quoniam, quicquid in nobis est lucis, in tenebras versum est ut Scriptura nos docet; dicens, Lux in tenebris lucet; et tenebrae eum non comprehenderunt. Ubi S. Iohannes homines tenebras appellat. Idcirco reiicimus, quaecunque cum his pugnantia de libero hominis arbitrio docentur; utpote qui tantum servus est peccati, neque quidquam ex se habere potest, nisi datum sit illi coelitus. Quis enim iactare audeat, se boni quidquam, tanquam ex seipso, praestare posse, quum Iesus Christus dicat, Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus, qui me misit, traxerit eum. Quis voluntatem suam ostentat, qui intelligat, Affectionem carnis, inimicitiam esse adversus Deum? Quis de intelligentia vel hiscere audeat, qui sciat; Hominem animale non esse capace eorum, quae sunt Spiritus Dei? In summa, Quis vel ullam

Ex Harm. Confess.

quae sunt Spiritus Dei? In summa quis vel ullam suam cogitationem in medium proferat, qui intelligat nos non esse idoneos ex nobis ipsis ad cogitandum quicquam, sed quod idonei sumus, id omne ex Deo esse? Certum ergo et firmum manere oportet quod Apostolus dixit, Deum esse qui efficit in nobis et ut velimus, et ut efficiamus, pro gratuita sua benevolentia. Nulla enim mens, nulla voluntas Dei voluntati acquiescit, in qua Christus ipse non sit prius operatus: quod et ipse nos docet, dicens, Sinè me nihil potestis facere.

Art. XV.

Credimus Adami inobedientia peccatum, quod vocant originis, in totum genus humanum sparsum, et effusum fuisse. Est autem peccatum originis corruptio totius naturae, et vitium haereditarium, quo et ipsi infantes in matris utero polluti sunt: quodque velut noxia quaedam radix, genus omne peccatorum in homine progerminat, estque tam turpe et execrabile coram Deo, ut ad universi generis humani condemnationem sufficiat. Neque vero per baptismum illud penitus extinguere, aut radicibus evelli credendum est, quandoquidem ex illo, tanquam ex corrupta scaturigine, perpetui fluctus atque rivuli assidue exoriuntur, et effluunt: quamvis Filiis Dei in condemnationem non cedat aut imputetur, sed ex pura Dei gratia et misericordia illis remittatur: non ut huic remissioni confidentes obdormiant, sed ut sensu huius

Ex Actis Syn. Dordr.

cogitationem in medium proferat, cum intelligat; Nos non esse idoneos ex nobis ipsis ad cogitandum quidquam, veluti ex nobis ipsis, sed quod idonei simus, ex Deo esse? Firmum ergo et ratum merito manere oportet, dictum illud Apostoli, Deum esse qui efficit in nobis et ipsum velle, et perficere, pro suo beneplacito. Nulla enim intelligentia, nec voluntas conformis est divinae, nisi quam Christus in illis fuerit operatus. Quod nos docet cum ait, Sine me nihil potestis facere.

Art. XV.

Credimus, Adami inobedientia peccatum Originis in totum genus humanum diffusum fuisse: quod est totius naturae corruptio, et vitium haereditarium: quo et ipsi infantes in matris suae utero polluti sunt, quodque veluti radix, omne peccatorum genus in homine producit; ideoque ita foedum et execrabile est coram Deo, ut ad generis humani condemnationem sufficiat. Neque vero hoc ipsum per Baptismum etiam penitus aboletur, aut radicitus evellitur: quandoquidem assidue veluti aqua ebulliens, ex ea tanquam ex infausta scaturigine, peccatum emanet: quamvis Dei Filiis in condemnationem id non imputetur, verum gratia et misericordia eius condonetur. Non tamen ut secure peccato indormiant, sed ut corruptionis huius sensus crebriores gemitus in fidelibus excitet, qui desiderant, ab hoc corpore mortis liberari. Quapropter

Ex Harm. Confess.

corruptionis, crebriores gemitus in fidelibus excitet, utque eo ardentius optent se ab hoc corpore mortis liberari. Hinc ergo Pelagianorum errorem damnamus, qui hoc peccatum originis nihil aliud esse asserunt, quam imitationem.

Art. XVI.

Credimus Deum (posteaquam tota Adami soboles, sic in perditionem et exitium, primi hominis culpa, praecipitata fuit) seipsum talem demonstrasse, ac praestitisse qualis est revera, nimirum, et misericordem et iustum: Misericordem quidem, Eos damnatione et interitu liberando et servando, quos in aeterno suo consilio pro gratuita sua bonitate per Iesum Christum Dominum nostrum elegit, absque ullo operum ipsorum respectu. Iustum vero, alios in illo suo lapsu, et perditione relinquendo, in quem sese ipsi praecipites dederunt.

Art. XVII.

Credimus etiam Deum nostrum Opt. Maxim. (quum cerneret, hominem sese ita in mortis et corporeae et spiritualis damnationem coniecisse, et prorsus miserum atque maledictum effectum esse) mirabili sua tum sapientia, tum bonitate, adductum, ut illum abs se prae timore fugientem, et quaereret et benigne consolaretur: promisso illi Filio suo ex muliere nascituro, qui serpentis caput contereret, et illum felicem atque beatum redderet.

Ex Actis Syn. Dordr.

reiiicimus Pelagianorum errorem, qui asserunt, hoc peccatum tantum ex imitatione esse.

Art. XVI.

Credimus, posteaquam tota Adami progenies sic in perditionem et exitium, primi hominis culpa, praecipitata fuit, Deum se talem demonstraſſe, qualis est; nimirum, misericordem et iustum. Misericordem quidem, eos ab hac perditione liberando et servando, quos aeterno et immutabili suo consilio, pro gratuita sua bonitate in Iesu Christo Domino nostro elegit et selegit, absque ullo operum eorum respectu: Iustum vero, reliquos in lapsu et perditione, in quam sese praecipitaverant, relinquendo.

Art. XVII.

Credimus, benignissimum illum Deum nostrum, cum cerneret hominem sese ita in mortem tam corporalem, quam spiritualement praecipitem dedisse, prorsusque miserum effectum; ipsummet pro admirabili sua sapientia et bonitate, eum, cum ab ipso totus tremebundus fugeret, quaesivisse ac consolatum esse; promissione illi facta de donando Filio suo, ex muliere nascituro, qui serpentis caput contereret, atque illum beatum redderet.

Ex Harm. Confess.

Art. XVIII.

Confitemur vero Deum tum demum promissionem, (Patribus per os sanctorum Prophetarum factam) implevisse, quum constituto abs se tempore Filium illum suum unicum, et aeternum, in hunc mundum misit: Qui formam servi accepit, similis hominibus factus, et veram naturam humanam cum omnibus ipsius infirmitatibus (excepto peccato) vere assumpsit, dum conceptus est in utero beatæ virginis Mariæ, virtutè Spiritus sancti, absque ulla hominis opera. Eam porro naturam humanam non quo ad corpus tantum induit, sed etiam quo ad animam: fuit enim vera anima humana præditus, ut verus esset homo. Etenim quum anima non minus quam ipsum corpus damnationi esset obnoxia, necesse fuit illum et hoc, et illam assumere, ut utrumque simul servaret. Idcirco contra Anabaptistarum hæresim (qui negant Christum carnem humanam assumpsisse) confitemur Christum participem carnis et sanguinis fuisse, sicut et pueri fratres ipsius: ex lumbis Davidis secundum carnem: factum, inquam, ex semine David, secundum eandem carnem: fructumque ex utero virginis Mariæ, natum ex muliere: germen Davidis: florem de radice Iesse: e tribu Iuda; atque a Iudæis ipsis ortum secundum carnem, et in summa verum semen Abrahæ et Davidis quod scilicet semen Abrahæ assumpserit, excepto peccato, ut dictum est, fratribus suis similis per omnia factus adeo ut sit revera noster Emanuel, id est Deus nobiscum.

Ex Actis Syn. Dordr.

Art. XVIII.

Confitemur itaque, Deum promissionem veteribus patribus, per os sanctorum Prophetarum factam, implevisse, quum constituto tempore, Filium illum suum proprium, unigenitum, et aeternum, in mundum misit: qui forma servi accepta, similis hominibus factus est, et veram naturam humanam cum omnibus ipsius infirmitatibus, excepto peccato, vere assumpsit, conceptus in utero beatae Virginis Mariae, idque virtute Spiritus sancti, absque viri opera. Quin et non solum naturam humanam quoad corpus assumpsit, sed et veram hominis animam, ut verus esset homo. Nam cum anima non minus quam corpus perdita esset, necesse fuit illum utrumque assumere, ut utrumque simul servaret. Quare profitemur contra Anabaptistarum haeresin, negantium Christum carnem humanam ex matre sua assumpsisse, Christum carnis et sanguinis puerorum participem factum, fructum esse lumborum Davidis secundum carnem, factum esse ex semine Davidis secundum carnem, fructum uteri Virginis Mariae, factum ex muliere, germen Davidis, surculum ex radice Iesse, ortum e Iuda atque e Iudaeis secundum carnem progenitum, ex semine Abrahami, siquidem semen Abrahae assumpsit, fratribus suis per omnia factus similis, excepto peccato. Adeo, ut hoc modo, revera sit noster Emmanuel, id est, Deus nobiscum.

Ex Harm. Confess.

Art. XIX.

Credimus etiam per hanc conceptionem, personam filii coniunctam, atque unitam fuisse inseparabiliter cum humana natura, ita ut non sint duo filii Dei, nec duae personae, sed duae naturae in unica persona coniunctae, quarum utraque proprietates suas retineat, adeo ut sicut natura Divina semper increata, et absque initio dierum, sine vitae fine remansit, coelumque et terram implens: sic natura humana proprietates suas non amisit, sed creatura remanserit, initium dierum, et naturam finitam habens. Omnia enim illa quae vero corpori conveniunt retinuit, et quamvis illi immortalitatem resurrectione sua dederit, veritatem tamen humanae naturae illi neque ademit, neque commutavit. Salus enim et resurrectio nostra a veritate corporis ipsius dependet. Caeterum duae istae naturae ita sunt simul unitae, et coniunctae in unam personam, ut ne morte quidem ipsius separari poterint. Quod igitur Patri suo moriendo commendavit, id vere erat Spiritus humanus, a corpore ipsius egrediens: at interim divina natura semper humanae (etiam in sepulchro iacenti) coniuncta remansit: adeo ut Deitas ipsa non minus in ipso tunc fuerit, quam quum adhuc infans esset, etsi exiguum ad tempus non sese exereret. Qua propter confitemur ipsum verum Deum, et verum hominem esse: verum quidem Deum ut mortem sua potentia vinceret: et verum hominem; ut in carnis suae infirmitate pro nobis mortem obiret.

Ex Actis Syn. Dordr.

Art. XIX.

Credimus, hac conceptione, Personam Filii unitam atque coniunctam fuisse inseparabiliter cum humana natura. Ita, ut non sint duo Filii Dei, nec duae Personae, sed duae naturae in unam Personam unitae, quarum utraque proprietates suas distinctas retineat. Adeo, ut sicut natura divina semper increata permanens absque initio dierum et vitae fine, coelum et terram implens: sic humana natura proprietates suas non amiserit, sed creatura remanserit; initium dierum et naturam finitam habens, omniaque, quae vero corpori conveniunt, retinens. Et quamvis eidem naturae immortalitatem resurrectione sua dederit, nihilominus veritatem eius non commutavit: siquidem salus et resurrectio nostra, etiam a veritate eius corporis dependet. Caeterum naturae istae duae, in persona una ita sunt unitae, ut ne morte quidem ipsius separatae fuerint. Quod igitur Patri suo moriens commendavit, is verus erat Spiritus humanus, e corpore eius egrediens: at interim divina natura semper humanae unita permansit; etiam cum in sepulchro iaceret: neque Deitas tum desinebat esse in ipso, (sicuti et in ipso erat cum infans esset), etsi ad exiguum tempus sese ita non exereret. Quapropter confitemur ipsum verum Deum et verum hominem esse: verum quidem Deum, ut mortem sua potentia vinceret: verum autem hominem, ut secundum carnem suam infirmam, pro nobis mori posset.

Ex Harm. Confess.

Art. XX.

Credimus Deum, (qui summe et perfectissime est tum misericors, tum iustus), Filium suum misisse, ut naturam illam assumeret, quae per inobedientiam peccarat, ut in ea ipsa natura et satisfaceret, et de peccato, per acerbam ipsius mortem et passionem, iustas poenas sumeret. Deus igitur iustitiam suam in proprio filio nostris peccatis onusto, ostendit, et exeruit: bonitatem vero et misericordiam suam in nos nocentes et condemnatione dignos, benigne effudit, et exeruit, dum filium suum morti propter offensas nostras pro immenso suo erga nos amore tradidit, et eum rursus propter iustificationem nostram e mortuis excitavit, ut immortalitatem et vitam aeternam per illum consequeremur.

Art. XXI.

Credimus Iesum Christum summum illum Sacerdotem esse, in aeternum cum iureiurando constitutum, secundum ordinem Melchisedech: qui sese nostro nomine, coram Patre ad placandam ipsius iram cum plena satisfactione obtulit, sistens seipsum super altare crucis: et sanguinem suum ad purgationem peccatorum nostrorum profudit, sicuti id Prophetae futurum praedixerant. Scriptum enim est castigationem pacis nostrae super filium Dei positam, et livore eius nos sanatos esse. Item ipsum tanquam ovem ad mactationem ductum, atque inter peccatores et iniquos de-

Ex Actis Syn. Dordr.

Art. XX.

Credimus, Deum qui perfectissime misericors et iustus est, filium suum misisse, ut naturam eam, in qua inobedientia perpetrata erat, assumeret, qui in ea ipsa satisfaceret, poenas peccatis debitas acerbissima passione sua et morte expiaret. Deus igitur iustitiam suam erga Filium suum, quem peccatis nostris onerarat, declaravit, et bonitatem atque misericordiam suam in nos reos et condemnatione dignos effudit, dum filium suum ex summa dilectione pro nobis in mortem dedit, et e mortuis excitavit ad nostri iustificationem, ut immortalitatem et vitam aeternam per eum consequeremur.

Art. XXI.

Credimus, Iesum Christum summum sacerdotem esse in aeternum iureiurando constitutum, secundum ordinem Melchisedech. Qui se nostro nomine coram Patre stitit, ad iram ipsius plena satisfactione sua placandum, offerens se ipsum in ligno crucis, pretiosumque sanguinem suum ad purgationem peccatorum nostrorum effundens, prout Prophetæ prædixerant. Scriptum enim est, Castigationem pacis nostræ Dei Filio impositam, et vibicibus eius nos sanatos esse: ipsum tanquam ovem ad mortem ductum, inter sceleratos reputatum, et a Pontio Pilato, tanquam ma-

Ex Harm. Confess.

putatum, condemnatumque a Pontio Pilato tanquam maleficum, etsi illum prius innocentem pronuntiasset. Quae igitur non rapuerat persolvit, et iustus pro iniustus tum in corpore, tum in anima sua passus est: ita ut horrorem poenarum peccatis nostris debitarum sentiens, aquam et sanguinem sudaverit: et tandem etiam exclamarit: Deus meus, Deus meus, cur me deseruisti: Ea vero omnia pro remissione peccatorum nostrorum pertulit. Quamobrem merito cum divo Paulo dicimus nos nihil quidquam scire, nisi Iesum Christum eumque crucifixum: quin etiam omnia pro stercoreibus ducimus propter excellentiam cognitionis Iesu Christi Domini nostri, ut qui in eius vulneribus omnis generis consolationem comperiamus. Itaque nihil est necesse ut alias ullas rationes vel optemus, vel ipsi excogitemus, quibus Deo reconciliari possimus, praeter hanc solam et semel peractam oblationem: qua consecrati sunt et perfecti in perpetuum fideles omnes qui sanctificantur. Atque haec causa est cur ipse ab Angelo Iesus vocatus sit, id est Servator, quod servaturus esset populum suum a peccatis ipsius.

Art. XXII.

Credimus Spiritum sanctum in cordibus nostris habitantem veram nobis fidem impartiri, ut huius tanti mysterii veram cognitionem adipiscamur. Quae fides Iesum Christum, cum omnibus suis meritis amplectitur, illumque sibi, ceu proprium effectum, vindicat, nihilque deinceps extra illum quaerit. Necesse est

Ex Actis Syn. Dordr.

lesicum, condemnatum: etsi illum prius innocentem pronunciasset. Quae ergo non rapuerat persolvit, et iustus pro iniustis, tum in corpore tum in anima sua passus est, ita ut horribiles illas poenas, peccatis nostris debitas sentiens, grumos quasi sanguinis in terram defluentes, sudaverit, tandemque exclamaverit, Deus mi, Deus mi, quare me dereliquisti? Atque haec omnia pro remissione peccatorum nostrorum pertulit. Quamobrem merito cum Apostolo Paulo dicimus, Nos nihil aliud scire, quam Christum eumque crucifixum. Quin omnia pro stercorebus ducimus, propter excellentiam cognitionis Iesu Christi Domini nostri: In cuius vulneribus omnem consolationem reperimus. Neque necesse habemus, ut rationes ullas alias quaeramus, aut excogitemus, quibus Deo reconciliemur, praeter hanc solam et unicam oblationem, semel peractam, qua fideles in perpetuum consummati sunt. Atque haec ipsa causa est, quod ab Angelo Dei Iesus, id est, Servator, vocatus sit, quod populum suum a peccatis eius servaturus esset.

Art. XXII.

Credimus, ut huius magni mysterii veram cognitionem adipiscamur, Spiritum S. veram in cordibus nostris fidem accendere: quae Iesum Christum cum omnibus suis meritis amplectitur, eumque suum ac sibi proprium efficit, nihilque amplius extra eum quaerit. Necessarium est enim, aut omnia quae ad salutem

Ex Harm. Confess.

enim aut omnia quae ad salutem nostram requiruntur in Christo non esse: aut si sint in eo omnia, eum qui fide Iesum Christum possidet, simul etiam perfectam habere salutem. Itaque horrenda est omnino in Deum blasphemia, asserere Christum minime sufficere, sed aliis quoque rebus opus esse. Inde enim sequeretur, Christum ex parte tantum servatorem esse. Merito igitur iureque dicimus cum D. Paulo, Nos sola fide iustificari, seu, fide absque operibus legis. Caeterum, proprie loquendo, nequaquam intelligimus ipsam fidem per se, seu ex se nos iustificare, ut quae sit duntaxat veluti instrumentum, quo Christum iustitiam nostram apprehendimus. Christus igitur ipse est nostra iustitia, qui omnia sua nobis merita imputat, fides vero est instrumentum, quo illi in societatem seu communionem omnium bonorum ipsius copulamur, atque in ea retinemur: Adeo ut illa omnia nostra effecta, plus quam satis nobis sint ad nostri absolutionem a peccatis.

Art. XXIII.

Credimus omnem felicitatem nostram sitam esse in peccatorum nostrorum remissione, quae est in Christo Iesu: eaque unica totam nostram iustitiam coram Deo contineri: ut nos Divus Paulus ex Davide docet, Beatitude eorum praedicante, quibus Deus iustitiam absque operibus imputat. Sed et idem Apostolus ait, Nos gratis iustificari per redemptionem factam in Christo Iesu. Hoc igitur ceu firmo fundamento inni-

Ex Actis Syn. Dordr.

nostram requiruntur in Iesu Christo non esse, aut si in eo sunt omnia, tum eum qui fide Iesum Christum possidet, totam salutem habere. Asserere itaque, Iesum Christum minime sufficere, sed aliis quoque praeter illum opus esse; horrenda omnino in Deum blasphemia est. Nam inde sequeretur, Iesum Christum ex parte tantum servatorem esse. Merito igitur cum Paulo dicimus, Nos sola fide iustificari, seu fide absque operibus. Interim proprie loquendo, nequaquam intelligimus, ipsam fidem esse, quae nos iustificat, ut quae sit duntaxat instrumentum, quo Christum, iustitiam nostram, apprehendimus: sed Iesus Christus nobis imputans omnia sua merita, et tam multa sancta opera quae praestitit pro nobis ac nostro loco, est nostra iustitia. Fides autem est instrumentum, quo nos cum illo in commune omnium bonorum eius retinemur: quae cum nostra facta sint, plus quam satis nobis sunt, ad nos a peccatis nostris absolvendos.

Art. XXIII.

Credimus nostram beatitudinem sitam esse, in peccatorum nostrorum, propter Iesum Christum, remissione, atque in ea iustitiam nostram coram Deo contineri, ut David et Paulus docent, pronunciantes, Beatum hominem, cui Deus iustitiam absque operibus imputat. Sed et idem Apostolus ait, Nos gratis aut gratia iustificari, per redemptionem, quae est in Christo Iesu. Ac propterea, hoc fundamentum firmum

Ex Harm. Confess.

tentes, omnem gloriam Deo tribuimus, de nobis ipsis perquam humiliter sentientes, ut qui probe noverimus, qui qualesque simus revera.

Ideoque de nobis, ullisve nostris meritis nihil quicquam praesumimus, sed sola Iesu Christi crucifixi obedientia suffulti, in ea prorsus acquiescimus: utque illa nostra fiat, in eum credimus. Haec porro una abunde sufficit, tum ad omnes iniquitates nostras obtegendas, tum etiam ad nos tutos securosque reddendos adversus omnes tentationes. Illa etenim procul a conscientia abigit omnem metum, omnem horrorem, omnem denique formidinem, quo propius ad Deum accedamus, nec primi illius nostri parentis exemplum imitemur, qui prae metu fugiens, ficulneis sese foliis obtegere et occultare conatus est. Et sane si nobis ipsis, aut ulli alteri creaturae vel tantillum nitentes coram Deo nos sistere oporteret: Certum est nos statim absorptum iri. Idcirco cum Davide nobis singulis potius est exclamandum, Domine ne intres in iudicium cum servo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo ullus vivens.

Art. XXIV.

Credimus veram hanc fidem per auditum verbi Dei, et Spiritus sancti operationem unicuique nostrum inditam nos regenerare, atque veluti novos homines efficere, ut quos ad novam vitam vivendam excitet, et a peccati servitute liberos reddat. Tantum abest igitur ut fides haec iustificans homines a recta, sau-

Ex Actis Syn. Dordr.

perpetuo retinemus, omnemque gloriam Deo tribuimus, nosque coram eo humiliamus, ac qui qualesque simus, recognoscimus, nec de nobismet ipsis meritisque nostris quidquam praesumimus, sed sola Iesu Christi crucifixi obedientia innitimur, in eaque acquiescimus. Quae quidem nostra est, cum in eum credimus. Haec sufficit ad omnes iniquitates nostras obtegendas, et ut fiduciam nobis faciat accedendi ad Deum, a conscientiiis metum, horrorem, formidinem removens, ne imitemur primi illius nostri Parentis exemplum, qui tremebundus ficulneis sese obtegere conatus est. Et revera, si nobis ipsis aut ulli creaturae vel tantillum innitentes, coram Deo nos sistere oporteret (eheu!) statim absorberemur. Idcirco cum Davide singulis nobis potius est precandum, Domine ne intres in iudicium cum servo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo ullus vivens.

Art. XXIV.

Credimus veram hanc fidem per auditum verbi Dei, et Spiritus S. operationem, homini insitam, eum regenerare, novumque hominem efficere, adeoque ad novam vitam vivendam excitare, et a peccatorum servitute liberum reddere. Tantum ergo abest, ut fides haec iustificans, homines in recta sanctaque vita

Ex Harm. Confess.

ctaque vivendi ratione avocet, aut tepidiores efficiat, ut contra absque illa nemo unquam quicquam boni propter Deum, (sed omnia vel propter seipsum, vel ob metum iustae condemnationis), agere atque operari possit. Fieri itaque non potest, ut haec fides sancta in homine otiosa sit. Neque enim loquimur de fide vana, atque mortua, sed de ea tantum quae in scriptura dicitur per charitatem operari: quaeque impellit hominem ut in illis sese operibus exerceat, quae Deus ipse in verbo suo praecepit. Haec vero opera a sincera fidei huius radice emanantia, ideo demum bona et Deo grata sunt, quia per illius gratiam sanctificantur: ad nos autem iustificandos, nullius sunt prorsus momenti.

Fide enim in Christum iustificamur, et quidem priusquam bona ulla opera ediderimus. Neque enim magis ante fidem opera nostra bona esse possunt, quam fructus arboris boni, priusquam arbor ipsa bona fuerit. Facimus igitur bona quidem opera, sed non ut aliquid iis promereamur. Quid enim promereri possemus? Quinimo Deo magis magisque ad bona opera (si quae facimus) sumus obstricti, non Deus nobis. Deus enim is est qui efficit in nobis, et ut velimus et ut faciamus, pro gratuita sua benevolentia. Unde ad illud nobis semper est respiciendum, quod scriptum est, Quum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis, dicite servi inutiles sumus: nam quod debui-
mus facere hoc fecimus. Porro non ideo negamus Deum bona opera in suis remunerari, Verum id mera

Ex Actis Syn. Dordr.

tepidiores efficiat, ut prorsus e contrario, sine illa ipsa, nemo unquam quidquam ex amore Dei, sed amore tantum sui, vel condemnationis metu effecturus sit. Fieri itaque non potest, ut sancta haec fides in homine otiosa sit: siquidem non loquimur de fide vana, sed de ea quae in scriptura dicitur, Fides per charitatem efficax. Quae inducit hominem, ut illis operibus, quae Deus verbo suo praecepit, sese exerceat. Atque haec opera quae a bona fidei radice proficiscuntur, coram Deo bona, eique accepta sunt, quoniam omnia, per illius gratiam sanctificantur. Veruntamen ad nos iustificandos, in censum rationemque non veniunt. Fide utique in Christum iustificamur, et quidem priusquam bona opera praestiterimus. Alias bona opera esse non possent, non magis quam arboris fructus bonus esse potest, priusquam arbor bona fuerit. Facimus igitur bona quidem opera, sed neutiquam ut iis promereamur, (quid enim mereamur?) imo potius, ob bona opera quae facimus, obstricti Deo sumus, non autem Deus nobis. Si quidem ipse est, qui efficit in nobis ut et velimus, et ut perficiamus proprio eius beneplacito. Habita ratione eius quod scriptum est, Cum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus; nam quod debuimus facere, hoc fecimus. Interim tamen non negamus, Deum bona opera remunerari: verum gratiae esse dicimus, quod coronet sua dona. Caeterum, quamvis bona opera faciamus, non tamen salutis nostrae fundamentum in iis collocamus. Nullum enim

Ex Harm. Confess.

sua gratia fieri dicimus, ut qui dona sua in nobis coronet. Caeterum quamvis bona opera faciamus, nequaquam tamen ullam salutis nostrae spem in illis ponimus. Nulla enim opera edere possumus quae non sint carnis nostrae vitio polluta, ac proinde supplicio poenisque digna. Quod si etiam aliquod eiusmodi opus proferre quiremus, sola tamen peccati recordatio sufficeret ad illud e conspectu Dei removendum. Itaque semper in dubio atque hinc inde fluctuantes essemus, et miserae nostrae conscientiae semper vexarentur, nisi unico merito mortis, et passionis servatoris nostri niterentur, et in illo acquiescerent.

Art. XXV.

Credimus omnes Ceremonias et figuras Legis, omnes denique umbras cessasse, Christi adventu: adeo ut earum quoque usus inter Christianos iam tolli abolerique debeat. Interim tamen manet nobis illarum veritas et substantia in Christo, in quo omnes impletae fuerunt. Ideoque Legis et Prophetarum testimoniis adhuc utimur, ut nos ipsos in Euangelii doctrina confirmemus: et omnem vitam nostram honeste ad Dei gloriam, iuxta ipsius voluntatem, componamus.

Art. XXVI.

Credimus etiam nos nullum accessum habere ad Deum, nisi per unicum illum Mediatorem et advocatum Iesum Christum iustum, qui ideo factus est

Ex Actis Syn. Dordr.

opus facere possumus, quod non sit carnis vitio pollutum; ac proinde poenis dignum. Et quamvis vel unum eiusmodi opus proferre possemus, unius tamen peccati recordatio ad illud reiiciendum coram Deo sufficeret. Proinde semper in dubio, et sine ulla certitudine hinc illinc fluctuaremus miseraeque nostrae conscientiae perpetuo torquerentur, nisi in unico merito mortis et passionis Servatoris nostri conquiescerent.

Art. XXV.

Credimus ceremonias et figuras Legis Christi adventu cessasse, omnesque umbras finem accepisse: ideoque earum usum inter Christianos aboleri debere. Ita tamen, ut nobis illarum veritas et substantia in Iesu Christo maneat, in quo suum complementum habent. Atque interea, etiam e Lege et Prophetis deductis testimoniis adhuc utimur, ut nos in Euangelii doctrina confirmemus, vitamque nostram, cum omni honestate, ad Dei gloriam, iuxta ipsius voluntatem, componamus.

Art. XXVI.

Credimus nos ullum accessum habere ad Deum, nisi per unicum Mediatorem et Advocatum Iesum Christum, iustum illum, qui ideo factus est homo, unita humana

Ex Harm. Confess.

homo, (humanae naturae divinam uniens), ut nobis miseris hominibus aditus ad Dei maiestatem pateret: qui nobis alias in perpetuum fuisset oclusus. Huius tamen Mediatoris (quem Pater inter se, et nos constituit) Maiestas et potentia minime nos eousque terrere debet, ut ideo nobis alium pro arbitrio quaerendum putemus. Nullus est enim, neque inter coelestes, neque inter terrenas creaturas, qui nos maiori dilectione amplectatur, quam Christus ipse: qui quum esset in forma Dei, seipsum exinanivit, forma servi hominis accepta: et propter nos per omnia similis factus fratribus suis. Quod si nobis alius Mediator quaerendus esset qui aliqua nos benevolentia dignaretur, quem quaeso invenire possimus, qui nos ardentius diligat, quam eum ipsum, qui pro nobis quum adhuc inimici eius essemus, vitam propriam volens exposuit? Si porro alius nobis quaerendus est, qui summa tum auctoritate, tum potentia excellat: quis tantam unquam adeptus est, quam ille ipse, qui ad Dei Patris dextram sedet, cuique omnis potestas data est in coelo et in terra. Quis denique potius exaudiendus fuerit a Deo, quam unigenitus ille, et unice dilectus Dei filius? Sola igitur diffidentia morem hunc induxit, quo Sanctos (quos colere putamus) dedecore potius afficimus, dum ea patramus, quae tantum abest ut illi unquam viventes fecerint, ut potius ea constanter, et pro officio suo, reiecerint, sicuti scripta eorum testantur. Neque hic nostra indignitas proferenda est ad tantae impietatis excusationem. Mi-

Ex Actis Syn. Dordr.

natura cum divina, idque, ut nobis hominibus aditus ad divinam Maiestatem patefieret, qui nobis alioquin erat praeclusus. Veruntamen hic Mediator, quem Pater inter se et nos constituit, sua Maiestate haud quam nos terrere debet, ut ad alium, pro arbitratu nostro quaerendum, ideo impellat. Nemo enim neque in coelo, neque in terra inter creaturas est, qui nos impensius amet, quam Iesus Christus; qui, quamvis esset in forma Dei, seipsum exinanivit, formula hominis ac servi pro nobis accepta, et per omnia similis factus est fratribus suis. Quod si igitur nobis alius intercessor, qui bene erga nos affectus sit, quaerendus foret, quem, quaeso, inveniremus, qui nos magis diligat, quam eum ipsum, qui pro nobis, etiam cum adhuc inimici eius essemus, vitam suam exposuit? Si porro quaerendus aliquis est, qui autoritate et potentia valeat, quis est ille qui tanta polleat, atque is, qui ad Dei Patris dexteram sedet, quique omnem potestatem habet in coelo et in terra? Et quis facilius exaudietur, quam proprius et unice dilectus filius Dei? Sola igitur diffidentia morem hunc invexit, ut sanctos ignominia honoris loco afficiant: dum id agunt, quod illi nunquam fecerunt; nec sibi deferri postularunt; sed constanter et pro officio suo reiecerunt, sicut ex scriptis eorum patet. Neque hic nostra indignitas praetexenda est. Non enim hic quaeritur de precibus, nostra dignitate Deo, sed sola Domini nostri Iesu Christi excellentia et dignitate efferendis; Cuius iustitia nostra est per fidem. Unde merito Apostolus, ut

Ex Harm. Confess.

nime enim nostra fulti dignitate preces offerimus, sed sola nixi Domini Iesu Christi dignitate et excellentia, cuius iustitia nostra est per fidem, unde merito Apostolus ut a nobis inanem hunc timorem (seu potius diffidentiam) excutiat, Christum ait, per omnia similem factum fuisse fratribus suis, ut misericors esset et fidelis Pontifex, in iis quae apud Deum agenda forent ad expianda peccata populi. Nam ex eo quod perpressus fuit, quum tentatus est, potest et iis qui tentantur succurrere. Praeterea ut animos nobis addat, quo confidentius ad hunc Pontificem accedamus, addit idem Apostolus, habentes igitur Pontificem magnum, qui penetravit coelos, Iesum Filium Dei, teneamus hanc professionem. Non enim habemus Pontificem, qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum in omnibus similiter absque peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiae, ut consequamur misericordiam, et gratiam inveniamus, ad opportunum auxilium. Idem Apostolus ait, nos habere libertatem ingrediendi sacrarium per sanguinem Iesu. Accedamus igitur cum certa persuasionem fidei, etc. Item, Christus perpetuum habet sacerdotium: unde et servare potest eos, qui per ipsum accedunt ad Deum, semper vivens, ut interpellat pro eis. Quid pluribus opus est? quum Christus ipse dicat: Ego sum via, veritas, et vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me: Cur alium nobis advocatum quaereremus? Quinimo quum Deo ipsi placuerit proprium nobis Filium advocatum dare,

Ex Actis Syn. Dordr.

nobis ineptum timorem, aut potius diffidentiam excutiat, Christum ait, per omnia fratribus suis similem factum fuisse, ut misericors esset et fidelis pontifex, ad expianda peccata populi. Nam ex eo quod perpressus fuit, quum tentatus est, potest et iis qui tentantur succurrere: et insuper, ut animos maiores nobis addat, ad Deum accedendi, dicit: Habentes igitur Pontificem magnum Iesum Filium Dei qui penetravit coelos, teneamus hanc professionem. Non enim habemus Pontificem magnum, qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum similiter in omnibus excepto peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiae, ut consequamur misericordiam et gratiam inveniamus, ad opportunum auxilium. Idem Apóstolus ait, Nos habere libertatem ingrediendi sacrarium per sanguinem Iesu. Accedamus igitur (inquit) cum certa persuasione fidei, etc. Item, Christus perpetuum habet sacerdotium: Unde et servare potest eos, qui per ipsum accedunt ad Deum, semper vivens, ut interpellet pro eis. Quid amplius requiri potest? Cum Christus ipse pronuntiet, Ego sum via, veritas et vita: Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Cur, quaeso, alium nobis advocatum quaeramus? Quandoquidem Deo placuit, filium suum advocatum nobis dare, ne hoc derelicto assumamus alium: aut quaeramus potius, quem nusquam alibi inveniamus. Sciebat enim probe Deus, cum hunc nobis daret, peccatores nos esse. Proinde secundum mandatum Christi, Patrem coelestem per Christum unicum Me-

Ex Harm. Confess.

non est quod eo derelicto alium quaeramus, ne forte semper quaerendo nunquam quemquam alium inveniamus. Sciebat enim haud dubie Deus, quum illum nobis daret, nos esse miseros peccatores. Quo fit, ut iuxta mandatum ipsius Christi, Patrem coelestem per eum ipsum Iesum Christum unicum mediatorem nostrum duntaxat invocemus, quemadmodum etiam in oratione Dominica ipsemet nos docuit. Sumus enim certi nos ea omnia consequuturos, quae a Patre in nomine ipsius petierimus.

Art. XXVII.

Credimus et confitemur unicam Ecclesiam Catholicam seu Universalem. Quae est vera congregatio seu coetus omnium fidelium Christianorum, qui totam suam salutem ab uno Iesu Christo expectant, quatenus videlicet ipsius sanguine sunt abluti, et per Spiritum eius sanctificati atque obsignati. Haec porro Ecclesia ut ab initio mundi fuit, ita et usque ad eius finem est perduratura. Id vel ex eo apparet, quod Christus rex aeternus est, qui nunquam sine subditis esse potest. Caeterum hanc Ecclesiam Deus contra omnem mundi furorem et impetum tuetur: quanvis ad aliquod tempus parva admodum et quasi extincta in conspectu hominum appareat: quemadmodum tempore illo periculosissimo Achabi Deus sibi septem milia virorum reservasse dicitur, qui non flexerant genua coram Baal. Denique haec Ecclesia sancta nullo est aut certo loco sita et circumscripta, aut ullis certis

Ex Actis Syn. Dordr.

diatorem nostrum invocamus, quaemadmodum in Oratione Dominica edocti sumus: certo persuasi, nos ea omnia impetraturos, quae a Patre in nomine ipsius petierimus.

Art. XXVII.

Credimus et confitemur, unicam Ecclesiam Catholicam seu Universalem, quae est congregatio sancta, seu coetus omnium vere fidelium Christianorum, qui totam suam Salutem in uno Iesu Christo expectant, sanguine ipsius abluti, et per Spiritum eius sanctificati atque obsignati. Haec porro Ecclesia et ab initio mundi fuit, et usque ad eius finem perdurabit: ut ex eo apparet, quod Christus Rex aeternus est, qui sine subditis esse nequit. Atque hanc Sanctam Ecclesiam Deus contra totius mundi furorem defendit; quamvis ad aliquod tempus exigua sit, et quasi extincta in hominum conspectu, appareat: Quemadmodum durante periculosissimo illo Achabi tempore, Deus septem millia virorum sibi reservarat, qui coram Baal genu non flexerant. Praeterea sancta haec Ecclesia certo in loco non est sita, vel limitata; aut ad certas singularesque personas alligata, sed per totum

Ex Harm. Confess.

ac singularibus personis astricta aut alligata. Sed per omnem orbem terrarum sparsa atque diffusa, quamvis animo ac voluntate in uno eodemque spiritu, virtute fidei, tota sit simul coniuncta atque unita.

Art. XXVIII.

Credimus quod quum sacer hic coetus et congregatio sit eorum, qui servari debent: et salus nulla sit extra eam: Neminem (cuiuscunque dignitatis aut nominis is fuerit) sese ab ea subducere aut segregare debere, ut sua tantum consuetudine contentus solus ac separatim vivat. Sed contra omnes ac singulos teneri huic coetui se adiungere, et Ecclesiae unitatem sollicitè conservare, seseque illius tum doctrinae tum disciplinae subiicere, collum denique Christi iugo sponte submittere, ac tanquam communia eiusdem corporis membra aedificationi fratrum inservire, prout Deus unicuique sua dona fuerit largitus. Porro ut haec melius observentur, omnium fidelium partes sunt, sese iuxta Dei verbum ab iis omnibus disiungere, qui sunt extra Ecclesiam constituti: huicque fidelium coetui ac congregationi sese adiungere, ubicunque illam Deus constituerit: etsi id contraria principum vel magistratum edicta prohibeant, indicta etiam in eos capitis et mortis corporeae poena, qui id fecerint. Quicunque igitur a vera illa Ecclesia recedunt, aut sese illi aggregare recusant, aperte Dei mandato repugnant.

Ex Actis Syn. Dordr.

mundum sparsa atque diffusa; quamvis corde ac voluntate, in uno eodemque Spiritu, virtute fidei, coniuncta unitaque sit.

Art. XXVIII.

Credimus, quod cum Sanctus hic coetus et congregatio, servandorum sit coetus, atque extra eam nulla sit salus, neminem cuiuscunque ordinis aut dignitatis fuerit, sese ab ea subducere debere, ut seipso contentus separatim degat: sed omnes pariter teneri huic se [adiungere, eique uniri, Ecclesiae unitatem conservare, seseque illius doctrinae et disciplinae subiicere, collum Iesu Christi iugo submittere, et tanquam communia eiusdem corporis membra, fratrum aedificationi inservire, prout Deus unicuique sua dona fuerit largitus. Ut porro melius hoc observetur, omnium fidelium officium est, sese secundum Dei verbum, ab iis omnibus qui extra Ecclesiam sunt, disiungere, ut huic se congregationi adiungant, ubicunque illam Deus constituerit: quamvis Magistratus Principumque Edictis adversantibus, quinimo, licet mors aut qualiscunque corporis poena subeunda esset. Quicunque igitur a vera illa Ecclesia recedunt, aut se illi non aggregant, Dei mandato repugnant.

Ex Harm. Confess.

Art. XXIX.

Credimus summa tum diligentia, tum prudentia, ex Dei verbo esse inquirendum ac discernendum quae sit illa vera Ecclesia: quandoquidem omnes sectae quotquot hodie in mundo vigent, Ecclesiae titulum nomenque usurpant, atque praetexunt. Nequaquam vero de hypocritarum coetu nunc loquimur, qui bonis in Ecclesia sunt permisti, licet ad Ecclesiam proprie non pertineant, in qua corpore sunt praesentes: sed de distinguendo duntaxat verae Ecclesiae corpore ac congregatione, ab aliis omnibus sectis, quae se Ecclesiae membra esse falso gloriantur. His igitur notis vera Ecclesia a falsa discernetur. Si in illa pura Euangelii praedicatio, legitimaque sacramentorum ex Christi praescripto, administratio vigeat: Si item recta disciplina Ecclesiastica utatur ad coercenda vitia: si denique (ut uno verbo cuncta complectamur) ad normam verbi Dei omnia exigat, et quaecunque huic adversantur, repudiet: Christumque unicum caput agnoscat. His, inquam, notis certum est veram Ecclesiam dignosci posse: a qua fas non sit quenquam disiungi. Quae autem sint verae huius Ecclesiae vera membra ex communibus Christianorum omnium notis poterit iudicari: qualis est fides: qua semel Christo, ceu unico suo Salvatore, apprehenso, fugiunt peccatum, et sequuntur iustitiam: verum item Deum ac proximos suos diligunt, neque ad dextram, neque ad sinistram deflectentes: carnemque suam, cum ipsius

Ex Actis Syn. Dordr.

Art. XXIX.

Credimus, inprimis diligenter ac circumspecte ex verbo Dei discernendum esse, quaenam vera sit Ecclesia, siquidem omnes sectae, quotquot hodie in mundo sunt, Ecclesiae nomen praetexunt. Nequaquam vero hic de hypocritarum coetu loquimur, qui quamquam bonis in Ecclesia permixti sint, de Ecclesia tamen non sunt, etiam si corpore in ea sint: Sed Ecclesiae verae corpus et communionem eius ab omnibus aliis sectis, quae se dictitant Ecclesiam, distinguimus. Notae quibus vera Ecclesia cognoscitur, hae sunt: Si Ecclesia pura Euangelii praedicatione, si sincera Sacramentorum, ex Christi praescripto, administratione, utatur: si disciplina Ecclesiastica, ut vitia corrigantur, obtineat. In summa, si ad normam Verbi divini omnia exigantur; ac quaecunque huic repugnant, reiiciantur, Iesus Christus denique unicum caput agnoscatur. Atque hinc vera Ecclesia certo dignosci potest, a qua fas non est quenquam se disiungere. Quantum autem eos attinet, qui Ecclesiae membra sunt, ii ex Christianorum notis cognosci possunt, ex fide scilicet, et quando Iesu Christo, ut unico Salvatore, recepto, peccatum fugiunt, iustitiam consecantur, verum Deum ac proximos suos diligunt, neque ad dexteram aut sinistram deflectunt; carnemque suam cum eius operibus crucifigunt. Minime id quidem quasi magna in illis non supersit infirmitas, sed quod adversus illam, per omne vitae tempus, Spiritu de-

Ex Harm. Confess.

effectis, crucifigunt, minime id quidem quasi nulla amplius in illis sit infirmitas: sed quod adversus illam per omne vitae tempus, virtute Spiritus pugnent, et subinde ad sanguinem, mortem, passionemque et obedientiam Christi Domini nostri, tanquam ad tutissimum praesidium, refugiant: ut in quo solo sciant se habere redemptionem peccatorum, per fidem in illum. Falsa vero Ecclesia contra sibi ipsi suisque institutis, et traditionibus plus semper quam Dei verbo tribuit: Christi vero iugo subiici se non patitur: nec sacramenta ex Christi praescripto administrat: sed illis pro arbitrio modo addit aliquid, modo detrahit. Praeterea hominibus illa semper, plus quam Christo, nititur: et eos qui sancte, ex praescripto verbi Dei, vitam suam componere student: quive vitia illius, veluti avaritiam et idolomanias, taxant ac reprehendunt, hostiliter persequitur. Ex his igitur facile est utramque Ecclesiam ab invicem discernere, et agnoscere.

Art. XXX.

Credimus veram hanc Ecclesiam debere regi, ac gubernari spirituali illa politia, quam nos Deus ipse verbo suo edocuit: ita ut sint in ea pastores, ac ministri, qui pure et concionentur, et sacramenta administrent. Sint quoque Seniores, et Diaconi, qui Ecclesiae senatum constituent, ut his veluti mediis vera religio conservari, veraque doctrina passim retineri, et propagari possit: hominesque vitiis dediti spiritualiter corripi, et emendari, ac veluti fraeno quodam

Ex Actis Syn. Dordr.

pugnent, ac perpetuo ad sanguinem, mortem, passionem, et obedientiam D. Iesu refugiant; per quem remissionem peccatorum suorum fide in ipsum habent. Quod ad falsam vero attinet Ecclesiam, ea sibi, suisque institutis plus authoritatis, quam verbo Dei attribuit; Christi iugo se subiicere recusat; neque Sacramenta, prout Christus in verbo suo praescrisit, administrat; sed illis pro arbitrio addit, detrahitque; hominibus plus quam Iesu Christo nititur; et eos qui sancte secundum Dei verbum vivunt, quique vitia illius, veluti avaritiam et Idololatriam reprehendunt, persequitur. Ex his igitur facile est utramque Ecclesiam cognoscere, et unam ab altera discernere.

Art. XXX.

Credimus, veram hanc Ecclesiam, Spirituali illa politia, quam nos Deus verbo suo docuit, gubernari debere, ut videlicet Ministri seu Pastores sint, qui verbum Dei annuncient, et Sacramenta administrent: Seniores quoque sint et Diaconi, qui cum Pastoribus, Senatum quasi Ecclesiae constituent: ut hac ratione vera religio conservari, veraque doctrina passim propagari possit, quin et homines vitiosi spiritualiter corripiantur, atque refracentur: pauperibus item et.

Ex Harm. Confess.

disciplinae cohiberi: pauperes item, et afflicti auxilio, et consolatione pro cuiusque necessitate sublevari. Tunc enim rite omnia et ordine fient in Ecclesia, quum viri fideles ac pii, ad eius gubernationem deligentur, iuxta D. Pauli praescriptum, quod habetur 1 Tim. 3. et Tit. 1.

Art. XXXI.

Credimus Ministros, Seniores, et Diaconos debere ad functiones illas suas vocari, et promoveri legitima Ecclesiae electione, adhibita ad eam seria Dei invocatione, atque eo ordine et modo qui nobis Dei verbo praescribitur. Debent autem imprimis singuli cavere, ne illicitis mediis sese ad haec munia ingerant. Expectandum est enim omnibus, donec a Deo ipso vocentur, ut certum habeant vocationis suae testimonium, sciantque eam esse a Domino. Caeterum ubi sint locorum Verbi Dei ministri, eandem illi atque aequalem omnes habent tum potestatem, tum auctoritatem, ut qui sint aequae omnes Christi unicus illius Episcopi universalis, et capitis Ecclesiae, Ministri. Porro ne sancta haec Dei Ordinatio, aut violetur, aut abeat in contemptum, debent omnes de verbi Ministris et senioribus Ecclesiae, honorifice propter opus cui incumbunt, sentire, atque cum illis pacem colere: et a rixis ac contentionibus, quantum fieri potest, invicem abstinere.

Art. XXXII.

Interim credimus utile quidem esse, ut seniores qui

Ex Actis Syn. Dordr.

afflictis, auxilio et consolatione, pro cuiusque necessitate, succurratur. Hac quidem ratione, rite omnia et ordine gerentur in Ecclesia, cum viri fideles eligentur, iuxta regulam ab Apostolo Paulo in sua ad Timotheum Epistola, praescriptam.

Art. XXXI.

Credimus Ministros divini verbi, Seniores et Diaconos, ad functiones suas Legitima Ecclesiae electione, cum nominis divini invocatione, eoque ordine qui verbo Dei docetur, eligi debere. Quilibet itaque cavere debet, ne illicitis mediis sese ingerat, sed expectet tempus, quo a Deo vocetur; ut habeat vocationis suae testimonium, quo certus et persuasus sit eam a Domino esse. Quantum vero attinet divini verbi Ministros, ubicumque locorum sint, eandem illi potestatem et auctoritatem habent, ut qui omnes sint Christi, unci illius Episcopi universalis, unicusque capitis Ecclesiae, Ministri. Insuper ne sancta haec Dei ordinatio violetur, aut in contemptum abeat, dicimus teneri omnes, ut verbi divini Ministros et Seniores Ecclesiae, propter opus cui incumbunt, omni honore prosequantur, cumque illis, sine obmurmuratione, rixis et contentionibus, quantum quidem ejus potest fieri, pacem colant.

Art. XXXII.

Credimus interea, quamvis utile et bonum sit, Gu-

Ex Harm. Confess.

Ecclesiis praesunt, aliquem inter se ordinem constituent, ad conservationem corporis Ecclesiae: modo studiose caveant, ne quo pacto ab iis deflectant declinentve, quae Christus ipse, unicus Magister noster, semel constituit. Nos itaque omnia humana inventa, omnesque leges reiicimus, quae ad Dei cultum sunt introductae, ut iis conscientiae ullo modo illaqueentur, aut obstringantur. Easque solas suscipimus, quae idoneae sunt, vel ad fovendam, alendamque concordiam, vel ad nos in Dei obedientia retinendos. Ad id vero imprimis necessaria est excommunicatio, ex praecepto verbi Dei usurpata: et aliae illi annexae disciplinae Ecclesiasticae appendices.

Art. XXXIII.

Credimus Deum habita nostrae hebetudinis, et infirmitatis ratione, sacramenta nobis instituisse, ut promissa sua in nobis obsignaret, et ut essent Divinae erga nos benevolentiae, donorumque eius certissima nobis pignora, ad fidem nostram fovendam, et sustentandam comparata. Addidit vero illa ad verbum Euangelii, ut tum ea ipsa quae nobis rem verbo suo declarat, tum ea etiam quae ille ipse in cordibus nostris interne operatur, efficacius sensibus nostris externis proponeret: ac denique ut salutem, quam nobis communicare dignatur, magis magisque in nobis confirmaret. Sunt enim sacramenta signa, ac symbola visibilia rerum internarum, et invisibilium, per quae ceu per media Deus ipse virtute Spiritus sancti in no-

Ex Actis Syn. Dordr.

bernatores Ecclesiae, ordinem aliquem certum inter se, ad conservationem corporis Ecclesiae instituere et stabilire: debere tamen eos studiose cavere, ne ab iis deflectant, quae Christus unicus Magister noster instituit. Quapropter reiicimus omnia inventa humana, omnesque leges quae pro cultu Dei, a quocunque introduci possunt, ut iisdem conscientiae ullo omnino modo devinciantur atque constringantur. Illud itaque solum suscipimus, quod ad conservandam et alendam concordiam atque unitatem, omnesque in Dei obedientia retinendos, idoneum est. Ad id vero inprimis requiritur Excommunicatio, iuxta verbum Dei, cum reliquis eius appendicibus usurpata.

Art. XXXIII.

Credimus, benignum illum Deum nostrum, habita hebetudinis et infirmitatis nostrae ratione, Sacramenta nobis instituisse, ut promissa sua in nobis obsignaret, utque divinae erga nos benevolentiae ac gratiae essent pignora: quin etiam ad fidem nostram fovendam et sustentandam. Quae quidem verbo Evangelii addidit, ut efficacius sensibus nostris externis exhiberet, tam ea quae nobis externe verbo suo declarat, quam quae in cordibus nostris interne operatur; ut eo magis ratam in nobis faciat salutem, quam nobis communicat. Sunt enim Symbola et sigilla visibilia rei internae et invisibilis, per quae, ceu media, Deus virtute Spiritus Sancti, in nobis operatur. Signa itaque minime vana sunt et vacua, aut ad nos decipiendos

Ex Harm. Confess.

bis agit. Itaque signa illa minime vana sunt, aut vacua: nec ad nos decipiendos, aut frustrandos instituta. Ipsorum enim veritas est ipse Iesus Christus, sine quo nullius essent prorsus momenti. Caeterum sufficit nobis is sacramentorum numerus, quem Christus ipse verus et unicus Doctor noster, instituit. Sunt vero illa Duo duntaxat, nimirum Sacramentum Baptismi, et sacrae Coenae Domini nostri Iesu Christi.

Art. XXXIV.

Credimus et confitemur Iesum Christum (qui finis legis est) omni alii sanguinis effusioni ad propitiationem peccatorum adhibendae, finem, proprio suo sanguine effuso, iam imposuisse. Et abolita circumcissione, quae fiebat per sanguinem, Baptismum illius loco instituisse, quo in Dei Ecclesiam recipimur, et a cunctis aliis gentibus, ac peregrinis omnibus religionibus segregamur, utpote illi soli consecrati, cuius symbolum et insignia gestamus. Est denique nobis testimonio Baptismus, illum ipsum Deum nostrum fore in aeternum, qui et pater nobis est propitius. Suos igitur omnes iussit Dominus in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti pura aqua baptisari: ut significaret sanguinem Christi per Spiritum sanctum idem praestare et efficere interne in anima, quod aqua externe operatur in corporibus. Sicuti enim aqua in nos effusa, et super corpus baptisati eminens, ac conspicua, ipsumque irrigans, sordes corporis abluat: sic et sanguis Christi animam abluens, a peccatis il-

Ex Actis Syn. Dordr.

ac frustrandos instituta. Iesum Christum enim pro sua veritate habent, sine quo nullius prorsus essent momenti. Praeterea sufficit nobis is Sacramentorum numerus, quem Christus, Magister noster, instituit: quae duo duntaxat sunt, nimirum Sacramentum Baptismi, et S. Coenae Iesu Christi.

Art. XXXIV.

Credimus et confitemur Iesum Christum, qui finis legis est, suo sanguine effuso, omni alii sanguinis effusioni, finem imposuisse, quam ad peccatorum propitiationem aut satisfactionem quisquam adhibere possit, aut velit: et abolita circumcisione, quae per sanguinem fiebat; Baptismi Sacramentum illius loco instituisse; quo in Dei Ecclesiam recipimur, et a cunctis aliis gentibus, ac peregrinis omnibus religionibus, segregamur, ut illi toti consecremur, cuius charactere et insignia gestamus. Estque nobis testimonio, illum perpetuo Deum nostrum et patrem propitium fore. Mandavit itaque, ut omnes qui sui sunt, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus S. pura pura aqua baptizentur: ut eo significet, quod sicuti aqua in nos effusa, et super corpus baptizati conspicua, ipsumque aspergens, sordes corporis absolvit (abluit?): sic et sanguis Christi per Spiritum Sanctum idem praestat interne in anima, adspersgens eam et a peccatis suis mundans, nosque ex filiis irae in filios Dei regenerans. Non

Ex Harm. Confess.

lam emundat: nosque filios irae, in filios Dei regenerat. Non quod aqua haec materialis ista efficiat, sed aspersio ipsa pretiosissimi sanguinis filii Dei, qui nobis est cen mare illud rubrum, per quod transeundum est, ut e tyrannide Pharaonis, id est Diaboli; egredi, et in spiritualem terram Chanaan introire possimus. Itaque Ministri quidem praebent nobis Sacramentum, et rem visibilem; at Dominus ipse exhibet quod sacramento significatur, nimirum dona et gratias invisibiles, abluens, purificans, et mundans animas nostras a cunctis sordibus, et iniquitatibus suis: renovans item, et replens corda nostra omni consolatione: largiens denique nobis veram paternae suae bonitatis certitudinem, et novo homine nos induens: atque vetere exuens, cum omnibus factis eius. His de causis credimus omnem hominem, qui vitam aeternam consequi cupiat, debere unico Baptismo (i. e. semel tantum) baptisari, qui nunquam postea sit iterandus, quum ne nasci quidem his possimus. Neque tamen hic Baptismus eo duntaxat momento prodest, quo aqua nobis insidet, quove ea tingimur: sed per totum vitae nostrae tempus. Anabaptistarum itaque errorem hinc detestamur, qui non modo unico, et semel suscepto Baptismo contenti non sunt: sed et baptismum infantium, e fidelibus natorum, damnant. Nos vero eos eadem ratione baptisandos, et signo foederis obsignandos esse credimus, qua olim in Israelae parvuli circumcidebantur, nimirum propter easdem promissiones infantibus nostris factas. Et revera

Ex Actis Syn. Dordr.

quod aqua materialis id efficiat, sed aspersio preciosi sanguinis filii Dei: qui nobis est, ceu mare illud rubrum, per quod transeundum est, ut e tyrannide Pharaonis, id est, Diaboli, egredi et in Spiritualem terram Canaan, ingredi possimus. Ac proinde, Ministri quidem, quantum ad se attinet, praebent nobis Sacramentum et rem visibilem, Dominus vero noster donat id, quod Sacramento significatur; dona nempe et invisibilem gratiam, abluens, purgans, mundansque nostras animas, a cunctis sordibus et iniquitatibus; renovans item corda nostra, eaque omni consolatione replens; veram fiduciam paternae suae benignitatis nobis largiens, novoque homine nos induens: vetere autem, cum omnibus factis eius, exuens. Hanc ob causam credimus, omnem hominem, qui id satagit, ut vitam aeternam consequatur, semel unico baptismo illo, qui in posterum non iteretur, baptizari debere: cum ne nasci quidem bis possimus. Neque tamen hic Baptismus tunc duntaxat prodest, cum aqua super nos effunditur et a nobis suscipitur, cum illius usus sese ad totum vitae nostrae curriculum extendat. Anabaptistarum itaque errorem detestamur, qui unico et semel suscepto baptismo contenti non sunt: ac praeterea, baptismum infantium, fidelibus parentibus natorum, damnant: quos baptizandos et foederis signo obsignandos esse credimus, sicuti olim infantes circumcidebantur in Israele, propter easdem promissiones infantibus nostris factas. Quin etiam revera Christus non minus sanguinem suum profudit, ut

Ex Harm. Confess.

Christus non minus sanguinem suum effudit, ut fidelium infantes, quam ut adultos ablueret. Ideoque signum, seu sacramentum rei, quam Christus eorum causa est operatus, illos recipere convenit: quemadmodum in lege iubet Dominus Sacramentum mortis, et passionis Christi communicari pueris recens natis, offerendo pro ipsis agnum, qui sacramentum erat Christi venturi. Praeterea quod Circumcisio praestabat populo Iudaico, idem pueris fidelium praestat Baptismus. Et haec causa est, cur Paulus Baptismum vocet Circumcisionem Christi.

Art. XXXV.

Credimus etiam, et confitemur D. Iesum Christum servatorem nostrum, sacrosanctum Coenae suae sacramentum instituisse, ut in ea nutriat, ac sustentet eos, quos iam regeneravit, et in familiam suam, nempe Ecclesiam, insevit. Qui vero regenerati sunt duplicem in se vitam habent: Unam quidem carnalem, et temporariam, quam secum a prima sua nativitate attulerunt, et haec communis est omnibus: alteram spiritualem, et coelestem, quae illis donatur in secunda illa nativitate, quae fit per verbum Euangelii, in unione corporis Christi, et haec solis Electis Dei peculiaris est. Sicuti vero Deus panem terrenum, et materialem ad huius vitae carnalis, et terrenaev conservationem idoneum constituit, qui ut et ipsa vita, omnibus est communis: ita et ad conservationem illius vitae spiritualis, et coelestis, quae fidelium propria

Ex Actis Syn. Dordr.

fidelium infantes, quam ut adultos, ablueret; ideoque signum seu Sacramentum eius, quod Christus pro eis praestitit, suscipere debent: quemadmodum in Lege iubebat Dominus, ut Sacramentum mortis et passionis Christi, pueris recens natis, communicaretur: offerendo pro ipsis agnum, qui Iesu Christi Sacramentum erat. Praeterea quod circumcisio praestabat populo Iudaico, id pueris nostris praestat baptismus. Atque haec caussa est, cur Paulus baptismum vocet circumcisionem Christi.

Art. XXXV.

Credimus et confitemur Iesum Christum, Servatorem nostrum, sanctae Coenae Sacramentum ordinasse et instituisse, ut ea nutriat et sustentet eos, quos iam regeneravit, et in familiam suam, nempe Ecclesiam, insevit. Qui porro regebiti sunt, duplicem in se vitam habent, unam quidem corporalem et temporariam, quam secum a prima sua nativitate attulerunt, quaeque omnibus communis est. Alteram vero spiritualem et coelestem, quae altera nativitate sua illis donatur, et per verbum Euangelii in communionem corporis Christi efficitur. Atque haec vita non nisi Electis Dei communis est. Similiter nobis Deus panem terrenum et materiale, ad vitae corporalis et terrenae conservationem idoneum attribuit, qui omnibus, sicuti et vita ipsa, communis est. At vero, ad conservationem vitae Spiritualis et coelestis, quam fideles iam

Ex Harm. Confess.

est: Deus panem vivificum misit, qui e coelo descendit, nempe Iesum Christum: Is nutrit, et sustentat vitam fidelium spiritualem, si comedatur, id est, applicetur, et recipiatur spiritu per fidem. Ut autem panem hunc spiritualem, et coelestem Christus nobis figuraret, seu repraesentaret, instituit Panem, et Vinum terrenum, et visibilem, in corporis et sanguinis sui Sacramentum. Iis vero testificatur nos, quam vere accipimus, et tenemus manibus nostris hoc sacramentum, illudque ore comedimus, (unde et postmodum vita haec nostra sustentatur), tam vere etiam nos fide, (quae animae nostrae est instar, et manus, et oris) recipere verum corpus, et verum sanguinem Christi unici servatoris nostri, in animis nostris, ad vitam spiritualem in nobis fovendam. Certissimum vero est, Christum non sine causa tam sollicite hoc suum sacramentum nobis commendare, utpote qui perficiat in nobis revera, quaecunque ipse nobis his sacris signis repraesentat: quamvis modus ipse ingenii nostri captum superet, nec percipi a quoquam possit: quod videlicet omnes Spiritus sancti operationes occultae sint, et incomprehensibiles. Caeterum nequaquam erraverimus dicentes, id quod comeditur esse ipsissimum Christi corpus naturale, et id quod bibitur, verum ipsius sanguinem. At instrumentum, seu medium, quo haec comedimus et bibimus, non est os corporeum, sed spiritus ipse noster, idque per fidem. Christus itaque semper ad dexteram patris in coelis residet, nec ideo minus se nobis per fidem communi-

Ex Actis Syn. Dordr.

habent, Deus illis panem vivificum misit, qui e coelo descendit, nempe Iesum Christum, qui manducatus, id est, si applicetur et recipiatur spiritu per fidem, vitam fidelium spiritualem nutrit et sustentat. Ut autem panem hunc Spiritualem et coelestem Christus nobis repraesentaret, panem terrestrem ac visibilem, in Sacramentum corporis sui, vinumque in sanguinis sui Sacramentum instituit, ut iis ipsis testificetur, nos, quam vere hoc Sacramentum manibus nostris accipimus et tenemus, illudque ore comedimus et bibimus, unde postmodum vita nostra sustentatur; tam vere etiam nos fide, (quae animae nostrae et manus et os est), in animis nostris recipere verum corpus, et verum sanguinem Christi, unici servatoris nostri, ad vitam nostram spiritualem. Certissimum porro est Christum non frustra Sacramenta sua nobis commendasse. Quapropter omne id in nobis efficit, quodcumque sacris suis signis nobis repraesentat; quamvis modus ipse mentis nostrae captum superet, nobisque sit incomprehensibilis; sicut et operatio Spiritus Dei occulta et incomprehensibilis est. Interea vero nequaquam erraverimus, dicentes, id quod comeditur, esse proprium et naturale corpus Christi, idque quod bibitur proprium eius sanguinem. At manducandi modus talis est, ut non fiat ore corporis, sed Spiritu per fidem. Atque ita Christus ad dexteram Patris sui in coelis perpetuo sedet, neque eo minus se nobis per fidem communicat. Convivium hoc mensa est Spiritualis, in qua Christus se ipsum nobis cum omni-

Ex Harm. Confess.

cat. Porro haec Coena mensa est spiritualis, in qua Christus se ipsum nobis cum omnibus bonis suis participandum offert: efficitque ut in illa, tam illo ipso, quam passionis, mortisque ipsius merito fruamur. Animam enim nostram miseram, et afflictam, omnique consolatione destitutam, carnis suae esu ipsemet nutrit, corroborat, et consolatur: sanguinis item sui potu eam sustentat, ac recreat. Praeterea, quamvis Sacramenta sint coniuncta rei ipsi significatae, ambae tamen res istae non ab omnibus recipiuntur. Malus enim recipit quidem sacramentum in suam condemnationem, at rem, seu veritatem sacramenti non recipit. Verbi gratia, Iudas, et Simon magus receperunt quidem ambo sacramentum: Christum vero ipsum, qui illo significabatur, minime. Solis enim fidelibus Christus communicatur. Postremo huic nos sacramento sacrosancto in coetu populi Dei cum summa humilitate, et reverentia communicamus, memoriam mortis Christi servatoris nostri cum gratiarum actione sancte celebrantes: et fidei, religionisque Christianae confessionem publice ibi profitentes. Nemo itaque ad hanc mensam sese sistere debet, qui prius non se probaverit, ne de hoc pane edens, et de hoc poculo bibens, iudicium ipsè sibi, et damnationem manducet, ac bibat. Usu porro huius sacramenti accenditur in nobis flagrantissimus amor, tum in Deum ipsum, tum in proximum. Itaque nos hic quidem merito omnes hominum ludificationes, et damnanda commenta, (quae illi sacramentis addiderunt, et admiscuerunt), tanquam veram

Ex Actis Syn. Dordr.

bus bonis suis communicat, efficitque ut in illa tam ipsomet, quam passionis mortisque ipsius merito fruamur: miseram nostram animam, omnique solatio destitutam, carnis suae esu nutriens, corroborans et consolans, sanguinisque sui potu reficiens ac recreans. Praeterea, etiamsi Sacramenta coniuncta sint rei significatae, utrumque tamen simul ab omnibus non accipitur. Impius enim recipit quidem Sacramentum in suam condemnationem: sed veritatem Sacramenti non recipit: veluti Iudas et Simon Magus acceperunt quidem uterque Sacramentum, sed non etiam Christum, qui illo significabatur, qui solummodo fidelibus communicatur. Postremo sanctum hoc Sacramentum in coetu populi Dei cum summissione animi ac reverentia sumimus: memoriam mortis Christi servatoris nostri cum gratiarum actione sancte celebrantes: ibidemque fidei et religionis Christianae confessionem edimus. Nemo itaque ad hanc mensam se sistere debet, qui prius sese recte non probaverit, ne de hoc pane edens, et de hoc poculo bibens, iudicium sibi edat et bibat. In summa, usu huius Sacramenti ad flagrantem Dei et proximi nostri amorem commovemur. Quare omnes mixturas et damnanda commenta, quae homines Sacramentis addiderunt, et admiscuerunt, ut eorum profanationes reiicimus: atque affirmamus, contentos nos esse debere eo ordine, quem Christus et eius Apostoli nos docuerunt: eodemque modo loquendum esse, quo et ipsi loquuti sunt.

Ex Harm. Confess.

profanationem reiicimus: affirmamusque omnes pios unico illo ordine, et ritu, quem Christus, et Apostoli nobis tradiderunt, contentos esse, atque de mysteriis eodem modo loqui debere, quo et illi locuti sunt.

Art. XXXVI.

Credimus, Deum optimum Max. ob generis humani corruptelam, atque depravationem, Reges, Principes, et Magistratus constituisse: velleque ut Mundus hic legibus ac certa Politia gubernetur, ad coërcenda hominum vitia, et ut omnia inter homines recto ordine gerantur. Idcirco Magistratus ipsos gladio armavit, ut malos quidem plectant poenis, probos vero tueantur. Horum porro est non modo de civili politia conservanda esse sollicitos, verum etiam dare operam ut sacrum Ministerium conservetur, omnis Idololatria et adulterinus Dei cultus e medio tollatur, Regnum Antichristi diruatur, Christi vero regnum propagetur. Denique horum est efficere, ut sacrum Euangelii verbum undique praedicetur, ut singuli pure Deum colere et venerari ex praescripto verbi ipsius libere possint. Caeterum cuncti homines, cuiuscunque sint vel dignitatis, vel conditionis, ac status legitimis Magistratibus subiici debent, illisque vectigalia ac tributa pendere, et eis in omnibus obsequi, ac obedire quae verbo Dei non repugnant: preces etiam pro iis fundere, ut eos Deus in omnibus ipsorum actionibus dirigere dignetur, Nos vero vitam tranquillam et quietam sub ipsis cum omni pietate et honestate du-

Ex Actis Syn. Dordr.

Art. XXXVI.

Credimus, benignum illum Deum nostrum, ob generis humani depravationem, Reges, Principes, et Magistratus constituisse; ac velle ut mundus legibus et certa politia gubernetur, ad confusionem hominum coercendam; utque omnia inter homines recto ordine gerantur. Eum in finem Magistratui gladium commisit, puniendis quidem sceleratis, bonis vero defendendis. Horum autem officium est, ut non modo curam gerant et pro conservanda politia excubent, verum etiam ut sacrum tueantur Ministerium, omnemque idololatriam, et adulterium a Dei cultu submoveant et evertant: regnum Antichristi diruant, Christi vero regnum promoveant, operamque dent, ut verbum Evangelii ubique praedicetur, quo Deus ab unoquoque, prout verbo suo exigit, honoretur et colatur. Praeterea quilibet, cuiuscunque ordinis, conditionis ac status sit, Magistratibus subiici, tributa ei pendere, honorem et reverentiam deferre, iisque obedire in omnibus, quae verbo Dei non adversantur, debet; pro iisdem in precibus suis orare, ut eos Deus in omnibus ipsorum] actionibus regere ac dirigere velit, utque vitam quietam et tranquillam, in omni pietate et honestate, ducamus. Quamobrem Anabaptistas alios-

Ex Harm. Confess.

cere possimus. Quamobrem Anabaptistas et turbulentos omnes detestamur, qui superiores Dominationes, et Magistratus abiiciunt, Iura ac iudicia pervertunt, bona omnia communia faciunt, ac denique ordines omnes ac gradus, quos honestatis gratia Deus inter homines constituit, abolent aut confundunt.

Art. XXXVII.

Postremo credimus ex Dei verbo, Dominum nostrum Iesum Christum, (ubi tempus a Deo praestitutum, at omnibus creaturis ignotum, advenerit, et numerus electorum fuerit completus), e coelo rursus venturum, idque corporaliter ac visibiliter: sicuti olim illuc ascendit, summa ornatum gloria et Maiestate: ut iudex vivorum et mortuorum appareat: vetere hoc mundo igne et flamma succenso, ut illum purificet. Tunc vero creaturae omnes, et tam viri, quam mulieres et infantes, quotquot inde ab initio usque ad finem mundi extiterint, coram summo hoc iudice comparebunt, eo nimirum voce Archangelorum et tuba Dei evocati. Omnes enim antea mortui e terra tunc resurgent, Spiritu et anima singulorum rursus coniuncta et unita proprio suo corpori, in quo vixerat. Qui porro illo ultimo die superstites erunt, nequaquam morientur more reliquorum, sed in momento et iactu oculi immutabuntur a corruptione, videlicet in incorruptam naturam. Tunc aperientur libri (nimirum conscientiae) et mortui iudicabuntur secundum ea, quae in hoc mundo egerint, sive bona sive mala. Quinctiam tunc reddi-

Ex Actis Syn. Dordr.

que homines seditiosos detestamur, atque in universum omnes eos, qui supremas Dominationes et Magistratus reiiciunt: iustitiam evertunt: bonorum communionem interturbant: atque honestatem, quam Deus inter homines stabilivit, confundunt.

Art. XXXVII.

Postremo ex Dei verbo credimus: Ubi tempus a Domino praestitutum, omnibus autem creaturis ignotum, advenerit, numerusque Electorum fuerit completus, Dominum nostrum Iesum Christum e coelo, corporaliter et visibiliter, sicuti adscendit, magna cum gloria et Maiestate, venturum, ut se vivorum atque mortuorum declaret iudicem: vetere mundo igne et flamma succenso, ut expurget eum. Tunc vero omnes homines, tam viri quam mulieres et infantes, quotquot iam inde ab initio mundi usque ad finem fuerunt, coram summo hoc iudice comparebunt; voce Archangeli, et clangore tubae divinae eo citati. Omnes enim antea mortui e terra resurgent; Spiritu cum corpore proprio, in quo vixerat, coniuncto atque unito. Quod vero eos attinet qui tunc superstites erunt, non ut reliqui morientur, verum ictu oculi a corruptione in incorruptionem mutabuntur. Tunc aperientur libri (id est conscientiae cuiusque) et mortui iudicabuntur, secundum ea quae in hoc mundo egerint, sive bona sive mala. Quinimo, omnes de omnibus verbis otiosis, quae loquuti fuerint, rationem reddent, (quae

Ex Harm. Confess.

turi sunt homines rationem de omni verbo otioso, quod locuti fuerint, etsi id mundus nunc pro ludo et ioco reputet. In summa omnis tunc hominum hypocrisis et abstrusa quaeque cordis eorum palam, coram omnibus detegentur: ut merito sola iudicii istius memoria impiis et reprobis sit horrenda, et formidabilis: Bonis vero et electis summe exoptanda et ingentis consolationis: Tunc enim redemptio ipsorum plane perficietur, et suavissimos laborum et dolorum suorum, quos in hac vita pertulerunt, fructus consequentur. Tunc, inquam, innocentia ipsorum aperte ab omnibus agnosceretur: ipsique vicissim horrendam vindictam conspecturi sunt, quam Dominus de iis sumet, qui eos variis tormentis, et molestiis in hoc mundo tyrannice affligerunt. Impii porro proprio conscientiae suae testimonio convicti, Immortales quidem reddentur, sed ea conditione, ut in igne aeterno, (qui diabolo paratus est), in sempiternum crucientur. Contra vero fideles et electi corona gloriae et honoris donabuntur: filiusque Dei eorum nomina coram Deo Patre et Angelis confitebitur, et abstergetur omnis lachryma ab oculis eorum. Causa itaque ipsorum, quae nunc haereseos et impietatis a Magistratibus, iudicibusque damnatur, causa filii Dei esse tunc agnosceretur. Et Dominus eos gratis tanta gloria remunerabitur, quantam nullus hominum animo concipere unquam possit. Magnum ergo illum Domini diem summo desiderio expectamus, quo rebus omnibus nobis a Deo promissis, plenissime in Christo Iesu Domino nostro laeti potiemur, et in aeternum perfruemur.

Ex Actis Syn. Dordr.

quidem mundus nunc pro ludo reputat et ioco:) omniaque tunc hominum abdita, omnisque hypocrisis palam coram omnibus retegatur. Ac proinde merito iudicii istius memoria iniquis et sceleratis horribilis et formidabilis est: bonis vero et electis summe exoptanda et immensae consolationis plena: quoniam totalis ipsorum redemptio tunc plane perficietur; laborumque istic et dolorum suorum, quos pertulerunt, fructus percipient. Innocentia ipsorum aperte ab omnibus agnoscetur: et horrendam, quam Deus de improbis sumet, qui tyrannice exercuerunt eos, affligerunt, et excruciarunt in hoc mundo, vindictam conspicient. Qui quidem proprio conscientiae suae testimonio convicti, immortales quidem reddentur, ita tamen, ut in igne aeterno, qui Diabolo et Angelis eius paratus est, crucientur. Contra vero fideles et electi, corona gloriae et honore coronabuntur, filiusque Dei eorum nomina coram Deo patre et electis Angelis profitebitur. Abstergentur omnes lachrymae ab oculis eorum, ipsorumque causa, quae in praesentia a iudicibus et Magistratibus quamplurimis, veluti haeretica et impia condemnatur, causa filii Dei esse tunc agnoscetur. Ac pro gratuita remuneratione Dominus illos in tantae gloriae possessionem mittet, quantam nemo hominum animo concipere possit. Magnum ergo illum Diem maximo desiderio expectamus, ut promissis Dei in Christo Domino nostro, plene perfruamur. Amen.

Apocalyps. 22: 20. *Etiam veni, Domine Iesu.*

SYMBOLA,

IN CONFESSIONIS BELGICAE ART. IX
LAUDATA ET ACCEPTA.

I.

SYMBOLUM APOSTOLORUM.

Vid. *Catech. Heidelberg.* Qu. XXIII, ubi *Symbolum* q. d. *Apostolorum* traditur.

II.

SYMBOLUM NICAENUM,

S. POTIUS

NICAENO-CONSTANTINOPOLITANUM.

<p>Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεόν, πατέρα παντοκράτορα, ποι- ητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρα- τῶν τε πάντων καὶ ἀορα- των ¹⁾. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον 'Ιησοῦν Χριστόν, τὸν Ὑιὸν</p>	<p>Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, fa- ctorem coeli ac terrae, visi- bilibiumque omnium et invi- sibilium. Et in unum Do- minum Jesum Christum,</p>
--	---

τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ²⁾, φῶς ἐκ φωτός, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ Πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο ³⁾. Τὸν ⁴⁾ δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν ⁵⁾, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς παρθένου ⁶⁾, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ⁷⁾ παθόντα, καὶ ταφέντα ⁸⁾, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς. Καὶ ⁹⁾ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς, καὶ πάλιν ¹⁰⁾ ἐρχόμενον μετὰ δόξης ¹¹⁾ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος ¹²⁾. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιόν, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Ἰωῶ συμ-

Filium Dei unigenitum, ex Patre genitum ante omnia secula: lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero; genitum, non factum, eiusdem substantiae cum Patre: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit e coelis, et incarnatus est ex Spiritu sancto, et Maria virgine, et homo factus est. Qui pro nobis crucifixus est sub Pontio Pilato, et passus et sepultus est, et resurrexit tertia die secundum Scripturas: et ascendit in coelos, et sedet a dextris Patris, et rursus venturus est cum gloria ad iudicandum vivos et mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum, vivificantem, ex Patre procedentem, qui cum Patre et Filio simul adoratur, et simul glorificatur, qui locutus est per Prophetas. In unam sanctam Catholicam et Apostolicam

προσκυνοῦμενον καὶ συνδο-
ξαζόμενον, τὸ λαλήσαν διὰ
τῶν προφητῶν· εἰς μίαν ἀ-
γίαν καθολικὴν καὶ ἀποστο-
λικὴν ἐκκλησίαν. Ὁμολο-
γοῦμεν ἐν βάπτισμα εἰς
ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· προσδο-
κῶμεν ἀνάστασιν νεκρῶν,
καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰ-
ῶνος. Ἀμήν¹³).

Ecclesiam. Confitemur unum
Baptisma in remissionem
peccatorum. Expectamus
resurrectionem mortuorum,
et vitam futuri seculi. Amen.

- 1) ποιητὴν — ἀοράτων] Symb. Nicaenum habet: πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητὴν. 2) τὸν μονογενῆ — αἰώνων] S. N.: γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, καὶ 3) S. N. habet etiam haec: τάτε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐν τῇ γῆ. 4) τὸν S. N. non habet ap. SOCRAT. H. E. L. I. C. VIII. 5) S. N. non habet: ἐκ τῶν οὐρ. 6) S. N. non habet: ἐκ πν. ἁγ. καὶ Μ. τ. κ. 7) S. N. non habet: σταυρ. τε ὑπ. ἡμ. ἐ. Π. Π. καὶ 8) S. N. non habet: καὶ ταφ. 9) S. N. non habet: κατὰ τὰς γρ. Καὶ 10) S. N. non habet: καὶ κατεξ. ἐκ δ. τ. Π. καὶ π. 11) S. N. non habet: μετὰ δ. 12) S. N. non habet: οὗ τ. β. οὐκ. ἐ. τ. 13) Pro his: καὶ εἰς τὸ πνεῦμα — αἰῶνος. Ἀμήν. S. N. non nisi haec habet: Καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. Addit autem haec: Τοὺς δὲ λέγοντας, ὅτι ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἐτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ κτιστὸν, (sec. SOCRAT. I. I. THEODOR. vero H. E. L. I. C. XII. ἢ κτιστὸν ἢ non habet.) ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν Ὑιὸν τοῦ Θεοῦ, ἀναθεματίζει ἡ ἅγια καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

III.

SYMBOLUM Q. D. ATHANASII.

1. Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus habet, ut teneat Catholicam fidem. 2. Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, absque dubio in aeternum peribit. 3. Fides autem Catholica haec est, ut unum Deum in Trinitate et Trinitatem in unitate veneremur. 4. Neque confundentes personas, neque substantiam separantes. 5. Alia enim est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti. 6. Sed Patris et Filii et Spiritus sancti una est divinitas, aequalis gloria, aequalis ¹⁾ maiestas. 7. Qualis Pater, talis Filius, talis et ²⁾ Spiritus sanctus. 8. Increatus Pater, increatus Filius, increatus et ²⁾ Spiritus sanctus. 9. Immensus Pater, immensus Filius, immensus et ²⁾ Spiritus sanctus. 10. Aeternus Pater, aeternus Filius, aeternus et ²⁾ Spiritus sanctus. 11. Et tamen non tres aeterni, sed unus aeternus. 12. Sicut non tres increati, nec tres immensi, sed unus increatus, et unus immensus. 13. Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens et ²⁾ Spiritus sanctus. 14. Et tamen non tres omnipotentes; sed unus omnipotens. 15. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus et ²⁾ Spiritus sanctus. 16. Et tamen non tres Dii, sed unus est Deus. 17. Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus et ²⁾ Spiritus sanctus. 18. Et tamen non tres Domini, sed unus est Dominus. 19. Quia sicut singillatim unamquamque personam et Deum et Dominum confiteri Christiana veritate compellimur, ita

tres Deos aut Dominos dicere Catholica religione prohibemur. 20. Pater a nullo est factus nec creatus, nec genitus. 21. Filius a Patre solo est, non factus, non creatus, sed genitus. 22. Spiritus sanctus a Patre et Filio, non factus, nec creatus, nec genitus est, sed procedens. 23. Unus ergo Pater, non ³⁾ tres Patres; unus Filius, non tres Filii; unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti. 24. Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus; sed totae tres personae coaeternae sibi sunt et coaequales. 25. Ita ut per omnia, sicut iam supra dictum est, et unitas in Trinitate et Trinitas in unitate veneranda sit. 26. Qui vult ergo salvus esse, ita de Trinitate sentiat.

27. Sed necessarium est ad aeternam salutem, ut incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat. 28. Est ergo fides recta, ut credamus et confiteamur¹, quia Dominus noster Iesus Christus ⁴⁾, Dei Filius, Deus pariter ⁵⁾ et homo est. 29. Deus est ex substantia Patris ante saecula genitus: homo ex substantia matris in saeculo natus. 30. Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali et humana carne subsistens. 31. Aequalis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem. 32. Qui licet Deus sit et homo, non duo tamen, sed unus est Christus. 33. Unus autem non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. 34. Unus omnino non confusione substantiae ⁶⁾, sed unitate personae. 35. Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita et Deus et homo unus est Christus. 36. Qui passus est pro salute nostra, de-

scendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis. 37. Ascendit in ⁷⁾ coelos, sedet ad dexteram Patris, inde venturus iudicare vivos et mortuos. 38. Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent ⁸⁾ cum corporibus suis, et redditori sunt de factis propriis rationem. 39. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam: qui vero mala, in ignem aeternum. 40. Haec est fides Catholica, quam nisi quisque ⁹⁾ fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

- 1) Alii dant: *coacterna*. 2) All. *et om.* 3) All.: *nec*. 4) Hahn *Christus om.* 5) All. *pariter om.* 6) All.: *substantiarum*. 7) All.: *ad*. 8) All.: *debent*. 9) All.: *quisquam*.



The following information is being furnished for the information of the members of the American Medical Association. It is the policy of the Association to keep its members advised of the latest developments in the medical profession. The information is being furnished to you for your information and is not intended to be used for any other purpose. The information is being furnished to you for your information and is not intended to be used for any other purpose.

The following information is being furnished for the information of the members of the American Medical Association. It is the policy of the Association to keep its members advised of the latest developments in the medical profession. The information is being furnished to you for your information and is not intended to be used for any other purpose.

The following information is being furnished for the information of the members of the American Medical Association. It is the policy of the Association to keep its members advised of the latest developments in the medical profession. The information is being furnished to you for your information and is not intended to be used for any other purpose.

The following information is being furnished for the information of the members of the American Medical Association. It is the policy of the Association to keep its members advised of the latest developments in the medical profession. The information is being furnished to you for your information and is not intended to be used for any other purpose.

The following information is being furnished for the information of the members of the American Medical Association. It is the policy of the Association to keep its members advised of the latest developments in the medical profession. The information is being furnished to you for your information and is not intended to be used for any other purpose.

The following information is being furnished for the information of the members of the American Medical Association. It is the policy of the Association to keep its members advised of the latest developments in the medical profession. The information is being furnished to you for your information and is not intended to be used for any other purpose.

CATECHESIS

PALATINA S. HEIDELBERGENSIS.

CATECHISMUS

ODER

CHRISTLICHER UNDERRICHT, WIE DER IN KIRCHEN UND SCHULEN DER CHURFÜRST- LICHEN PFALTZ GETRIEBEN WIRD.

GEDRUCKT IN DER CHURFÜRSTLICHEN STAD HEYDELBERG,
DURCH JOHANNEM MAYER, 1563.

Wir Friderich von Gottes Genaden Pfaltzgrafe bey Rhein, des heiligen Römischen Reichs Ertztruchses und Churfürst, Hertzog in Bayern, etc. Entbieten allen und jeden Unsern Superintendenten, Pfarherrn, Predigern, Kirchen und Schuldienern Unsers Churfürstenthumbs der Pfaltzgrafeschafft bey Rhein, unser genad und gruss, Und fügen euch hiemit zuwissen.

Nach dem wir uns auss erinnerung Göttlichs Worts, auch natürlicher pflicht und verwandnuss schuldig erkennen, Und endlich fürgenommen, Unser von Gott befohlen Ampt, beruff und regierung, nicht allein zu friedlichem, rüigem wesen, auch zu erhaltung züchtigen auffrichtigen und Tugentsamen wandels und lebens Unserer underthanen, zu richten und anzustellen: Sondern auch und fürnemlich dieselbe zu rechtschaffener erkanntnuss und forcht des Almechtigen,

CATECHESIS
RELIGIONIS CHRISTIANAE,
QUAE IN ECCLESIIS ET SCHOLIS PALATINATUS
TRADITUR.

*FRIDERICUS Dei gratia Palatinus Rheni ¹⁾,
ac Sacri Imperii Romani Elector, Dux Ba-
variae, etc. omnibus quibus commissa est cura
Ecclesiarum ²⁾, quae sunt in Palatinatu,
S. D.*

Postquam, quid nostri sit muneris, ex verbo Dei,
atque ex natura ipsa cognovimus, nosque in eo, ipsi
potissimum, qui id nobis imposuit, Deo Opt. Max.
parere oportere: statuimus ut nihil esset, in quo tam
in universa vita laboraremus ³⁾, quam ut et nostrae

1) Augusti addit: *Comes.* 2) Aug. et Niemeyer add.: *et Schol-
larum.* 3) *ut nihil — laboraremus*] Aug.: *nihil esse debere,
in quo tota vita tam laboraremus.*

und seines seligmachenden Worts, als dem einigen fundament aller Tugenten und gehorsams, je lenger je mehr anzuweisen und zu bringen. Auch also sie zur ewigen und zeitlichen wolfart ungespart's vleiss von grund unsers hertzens gern befürdern, und so viel an Uns, dar bey erhalten helffen wolten.

Und aber gleich anfangs in eintretung Unserer regierung erfahren: Wiewol von Unsern lieben Vettern und Vorfarn, Pfaltzgrafen, Churfürsten, etc. löblicher seliger gedechnuss, allerhand Christliche und nützliche ordnungen und vorbereitungen, zu befürderung solcher ehre Gottes, und erhaltung Bürgerlicher zucht und policey auffgericht und fürgenommen:

Dass doch demselbigen nicht mit dem ernst, wie es sich wol gebüret, allenthalben nachgesetzt, Viel weniger die verhoffte und begerte frucht darauss gefolgt und gespürt worden. Welches uns denn verursacht, nicht allein dieselbige widerumm zu erneuern: sonder auch, da es die nothwendigkeit erfordert, in verbesserung zu richten, zu erleutern, und weitere fürsehung zu thun. Also wir auch in dem nicht den geringsten mangel befunden, dass die blüende jugend allenthalben, beides in Schulen und Kirchen Unsers Churfürstenthumbs in Christlicher Lehre sehr fahrlässig, und zum theil gar nit, zum theil aber ungleich, und zu keinem beständigen, gewissen und einhelligen Catechismo: sonder nach eines jeden fürnehmen und gutdüncken angehalten und unterwiesen worden. Darauss denn neben andern vielfaltigen grossen unrichtigkeiten erfolgt, dass sie offtermalen ohne Gottes furcht und erkanntnuss seines Worts auff-

conscientiae satisfaceremus, et nostrorum salutem, quantum in nobis esset, consuleremus.

Cum autem non satis esse existimarem¹⁾, nos ita consilio et ratione iustitiam administrare, ut nostrae fidei commissi populi²⁾, ius et honestatem colentes, placide tranquilleque viverent, nisi eo etiam perducerentur³⁾, ut Deum creatorem suum ac redemptorem ex verbo ipsius recte cognoscerent: (nam id unicum est firmum⁴⁾ fundamentum cum ceterarum virtutum, tum vel maxime omnis obedientiae et verae erga Deum pietatis) coepimus toto animo de ista re cogitare, nihil cupientes praetermittere, quod ad eam beatitudinem, tum parandam, tum conservandam pertineret⁵⁾. Et si autem⁶⁾ et ab iis, qui nos proxime antecesserunt, cognatis nostris Palatinis ac⁷⁾ Electoribus (quorum memoriam cum amore ac reverentia usurpamus) varia utiliter et pie instituta sunt, ad gloriam Dei illustrandam, et populum in officio retinendum: tamen ut ipsi in⁸⁾ principio gubernationis nostrae experti sumus, non ea adhibita est diligentia in illis exequendis, et ad utilitatem publicam⁹⁾ accommodandis, quam par fuerat¹⁰⁾ in re tanta adhiberi. Quocirca minime mirum est, si ii, qui sperati erant fructus, percipi non potuerunt. His rebus permoti sumus, ut non solum, quae

1) *existimarem*] Aug.: *duceremus*. 2) *fidei — populi*] Aug.: *fidei commissus populus*. 3) *etiam perducerentur*] Aug. vitio typogr.: *etiam placide tranquilleque viverent, nisi eo etiam perducerentur*. 4) *est firmum*] Aug. et Niemeyer.: *et firmum est*. 5) *pertineret*] Aug.: *faceret*. 6) *autem*] Aug.: *vero etiam*. 7) *ac*] Aug. et Niem.: *et*. 8) *in*] Aug.: *a*. 9) Aug.: *publicam utilitatem*. 10) *fuerat*] Ita et Aug. — Niem.: *fuerit*.

gewachsen, keine eintrectige underweisung gehabt, oder sonst mit weitleufftigen unnottdürfftigen fragen, auch bissweilen mit widerwertiger lehre beschweret worden ist.

Wenn nun beid Christliche und weltliche ämpter, Regiment und hausshaltungen, anderst nicht bestendiglichen erhalten werden, auch zucht und erbarkeit und alle andere gute tugenten bey den underthanen zunemen und auffwachssen mügen. Denn da die jugent gleich anfangs, und vor allen dingen zu reiner, auch gleichförmiger lehr des heiligen Euangelij und rechtschaffener erkanntnuss Gottes angehalten, und darinnen stetigs geübet wird:

So haben wir für ein hohe notdurfft geachtet, auch hierinnen, als dem vornemsten stück eins Unsers Regiments, gebürlichs einsehens zu thun, die unrichtigkeit und ungleichheit abzuschaffen, und notwendige verbesserung anzustellen.

Und demnach mit that ¹⁾ und zu thun Unserer gantzen Theologischen Facultet allhie, auch allen ²⁾ Superintendenten und fürnemsten Kircheudienern einen Summarischen underricht oder Catechismum Unserer Christlichen Religion auss dem Wort Gottes, beides in Deutscher und Lateinischer Sprach verfassen und stellen lassen. Damit fürbass nicht allein die jugendt in Kirchen und Schulen, in solcher Christlicher Lehre, Gottseliglichen unterwiesen, und darzu einhelliglichen angehalten: sonder auch die Prediger und Schulmeister selbs ein gewisse und beständige form und mass

1) Niem.: *rhat.* 2) Niem.: *aller.*

ab ipsis recte instituta essent, revocarem ac restitueremus: verum etiam, ut quae minus firma essent, fulciremus: quae vero corrupta et depravata essent, ea ¹⁾ emendarem et corrigeremus. Iacebant Scholae, tenera iuventus negligebatur, nulla erat in religione Christiana certa et consentiens institutio. Itaque vel male, vel ad nullam certam normam, sed ad cuiusque arbitrium iuventus erudiebatur, vel omnino non informabatur, sed rudis prorsus et impolita relinquebatur. Ex quo, proh dolor ²⁾, cum alia infinita mala ³⁾ extiterunt, tum illud inprimis, ut aut vera religione non instructi, aut variis erroribus implicati, aut non necessariis quaestionibus onerati, infeliciter cum summa incitia adolescerent. Cum has tantas calamitates intueremur, et id ⁴⁾ quod res est cogitarem, videlicet nec ⁵⁾ Ecclesiam, nec ⁵⁾ Rempublicam, atque adeo ne familias quidem constitui, nec ullum honestati aut disciplinae inter cives locum esse posse, nisi rudis iuventus a primis annis, una et consentiente voce ad veram sinceramque religionem instrueretur, assidueque in ea exercitaretur: rei necessitas fecit, ut huic malo, qua possemus ratione, quam celerrime occurreremus: ne in hac non postrema nostri muneris ⁶⁾ parte, debitum officium merito a nobis desiderari posset. Quapropter Theologis nostris, et quibus in nostra ditione praecipua Ecclesiarum cura est commendata, negotium dedimus, ut Catechesin religionis Christianae, ex verbo Dei, Germanice et Latine conscriberent, quo in po-

¹⁾ ea om. Aug. ²⁾ proh dolor, om. Aug. ³⁾ Aug.: mala infinita. ⁴⁾ id om. Aug. ⁵⁾ Aug.: neque. ⁶⁾ Aug.: muneris nostri.

haben mögen, wie sie sich in underweisung der jugendt verhalten sollen, und nicht ires gefallens tegliche enderungen fürnemen, oder widerwertige lehre einführen.

Euch hiemit alle und einem jeden besonder gnedighen und ernstlichen ermanend und befehlende, ir wollet angeregten Catechismum oder Unterricht, umb der ehre Gottes, und Unserer underthanen, auch ewerer seelen selbs nutz und bestem willen, danckbarlich annemen, auch den selbigen nach irem rechten verstand der jugend in schulen und Kirchen, auch sonst auff der Cantzel dem gemeinen Man vleissig und wol einbilden, darnach lehren, thun und leben. Ungezweiffelter hoffnung und zuversicht, wenn die jugendt anfangs im wort Gottes also mit ernst underwiesen und auffgezogen: es werde der Almechtig auch besse- rung des lebens, zeitliche und ewige wolfart verleihen und widerfaren lassen. Das wollen wir Uns, wie oblaut, zu geschehen zu euch entlichen versehen.

Datum Heydelberg auff Dinstag den neuntzehenden Monats tag Januarij, Nach Christi unsers lieben Herrn und Seligmachers geburt, im Jar, tausend, fünffhundert drey und sechtzig.

sterum non iuventuti solum rectius prospiciatur: sed quo ¹⁾ concionatores etiam ²⁾ et ludimagistri, certam habeant et definitam formam, ad quam iuventutem in templis et scholis ³⁾ informant, ne pro suo arbitrio nova subinde instituant, aut ea tradant quae verbo Dei non sint consentanea. Vestrum nunc porro erit, cum ob gloriam Dei, tum ob vestram, eorumque, qui et nostrae et vestrae fidei concrediti sunt, salutem, hanc Catechesin grato animo excipere, eam pueris, cum in Scholis, tum in Ecclesiis proponere, eorumque auribus et animis assidue ac diligenter inculcare, quo eam vita ⁴⁾ et factis paulatim exprimere assuescant. Quod si a vobis, ut et fides vestra et munus divinitus impositum ⁵⁾ postulat, praestitum fuerit, optimam spem habemus fore, ut Deus Opt. Max. propter ⁶⁾ Christum nostri ⁷⁾ misertus, poenas quas meriti sumus remittat, et pro paterna sua bonitate vestros labores secundet: totique regioni benefaciat. Quod ut ab eo toto pectore contendimus, ita vos etiam atque etiam ⁸⁾ monemus, ut nostram de vobis spem magis magisque confirmare et augere studeatis.

1) *non iuventuti solum rectius prospiciatur: sed quo om.* Aug. 2) *concionatores etiam]* Augusti habet: *et concionatores.* 3) Aug.: *in templis et scholis iuventutem.* 4) Aug. addit: *pariter.* 5) Aug.: *divinitus impositum munus.* 6) *propter]* Aug. et Niem.: *per.* 7) Aug.: *nostrî per Christum.* 8) *atque etiam om.* Aug.

CATECHISMUS.

Frag.

Was ist dein einziger trost in leben und in sterben?

Antwort.

Dass ich mit Leib und Seel, beyde in leben und in sterben *a*, nicht mein *b*, sondern meines getrewen Heilands Jesu Christi eigen bin *c*, der mit seinem thewren blut *d*, für alle meine sünden volkomlich bezalet *e*, und mich auss allem gewalt des Teufels erlöset hat *f*, und also bewaret *g*, dass ohne den willen meines Vaters im himmel, kein haar von meinem haupt kan fallen *h*, ja auch mir alles zu meiner seligkeit dienen muss *i*. Darumb er mich auch durch seinen heiligen Geist des ewigen lebens versichert *k*, und im forthin zu leben von hertzen willig und bereit macht *l*.

a Rom. 14.

b 1 Cor. 6.

c 1 Cor. 3.

d 1 Pet. 1.

e 1 Ioan. 1 et 2.

f 1 Ioan. 3.

g Ioan. 6.

h Matt. 10.

Luc. 21.

i Rom. 8.

k 2 Cor. 1.

Ephes. 1.

Rom. 8.

l Rom. 8.

Frag.

Wieviel stück seind dir nötig zu wissen, dass du indiesem trost seliglich leben und sterben mögest?

Antwort.

Drey stück *a*. Erstlich wie gross meine sünde und

CATECHESIS

RELIGIONIS CHRISTIANAE.

Quaestio. 1. *Quae est unica tua consolatio in vita et in morte?*

Resp. Quod animo pariter et corpore, sive vivam, sive moriar *a*, non meus *b*, sed fidissimi Domini et servatoris mei Iesu Christi sum proprius *c*, qui pretioso sanguine suo, pro omnibus peccatis meis plenissima satisfactione facta ¹⁾ *d*, me ab omni potestate diaboli liberavit *e*, me ita conservat *f*, ut sine voluntate Patris mei caelestis ²⁾, ne pilus quidem de meo capite possit cadere *g*: imo vero etiam omnia saluti meae servire oporteat *h*: Quocirca me quoque suo Spiritu de vita aeterna certum facit *i*, utque deinceps ipsi ³⁾ vivam, promptum ac paratum reddit *k*.

a Roman. 14. 8. *b* I Corint. 6. 19. *c* I Cor. 3. 22. Tit. 2. 14. *d* I Petr. 1. 18. I Ioh. 1. 7. et 2. *e* Hebr. 2. 14. I Ioh. 3. 8. Ioh. 8. 34, 35, 36. *f* Ioan. 6. 39. Ioh. 10. 28. 2 Thess. 3. 3. I Pet. 1. 5. *g* Matth. 10. 30. Luc. 21. 18. *h* Rom. 8. 28. *i* 2 Cor. 1. 22. 2 Cor. 5. 5. Eph. 1. 14. Rom. 8. 16. *k* Rom. 8. 14. I Ioh. 3. 3.

1) *plenissima satisfactione facta*] Ed. Antverp. 1584 et Niem.: *plenissime satisfaciens*. Aug.: *plenissima solutione facta*. 2) *me ita - caelestis*] om. Aug. Pro *me* Ed. laud. et Niem. habent: *meque*. 3) *deinceps ipsi*] Ed. l. Aug. et Niem: *ipsi deinceps*.

Quaest. 2. *Quot sunt tibi scitu necessaria, ut illa ¹⁾ consolatione fruens, beate vivas et moriaris?*

Resp. Tria *a*. Primum, quanta sit peccati mei et miseriae

1 Cor. 6. elend seyen *b*. Zum andern, wie ich von allen mei-
 Tim. (Tit.?) 3. nen sünden und elend erlöset werde *c*. Und zum
b Ioha. 6. et 15. dritten, wie ich Gott für solche erlösung soll danck-
c Ioha. 17. bar sein *d*.
d Ephes. 5.

DER ERSTE THEIL.

VON DES MENSCHEN ELEND.

Frag.

Woher erkennest du dein elend?

Antwort.

a Rom. 3. Aus dem Gesetz Gottes *e*.

Frag.

Wass erfordert denn das Göttlich gesetz von uns?

Antwort.

Diss lehret uns Christus in einer summa, Matth. am 22. Du solt lieben Gott deinen Herren, von gantzem hertzen, von gantzer seelen, von gantzem gemüth und allen krefften, diss ist das fürnemste und das gröste gebot: Das ander aber ist dem gleich, Du solt deinen Nechsten lieben als dich selbs. In diesen zweyen Gebotten hanget das gantze gesetz und die Propheten.

Frag.

Kanstu diss alles volkomlich halten?

Antwort.

a Rom. 3. Nein *a*: denn ich bin von Natur geneigt Gott und
 1 Ioha. 1. meinen Nechsten zu hassen *b*.
b Rom. 8.
c Ephes. 2.

meae magnitudo *b*. Alterum ²⁾, quo pacto ab omni peccato et miseria liberer *c*. Tertium, quam gratiam Deo ³⁾ pro ea liberatione debeam *d*.

a Matth. 11. 28, 29, 30. Eph. 5. 8. *b* Ioan. 9. 41. Matth. 9. 12. Rom. 3. 11. 1 Ioh. 1. 9, 10. *c* Ioh. 17. 3. Act. 4. 12. et 10. 43. *d* Eph. 5. 10. Psal. 50. 14. Matth. 5. 16. 1 Petr. 2. 12. Rom. 6. 13. 2 Tim. 2. 15.

1) *illa*] Ed. Antv. l. et Niem.: *ista*. 2) Ed. l. Aug. et Niem.: *Secundum*
3) Aug. addit: *patri*.

PARS PRIMA

DE MISERIA HOMINIS ¹⁾.

1) Ed. l. Aug. et Niem.: *de hominis miseria*.

Quaest. 3. *Unde tuam miseriam agnoscis* ¹⁾?

1) Ed. l. Aug. et Niem.: *cognoscis*.

Resp. Ex Lege Dei *a*.

a Roman. 3. 20.

Quaest. 4. *Quid a nobis postulat Lex Dei?*

Resp. Id docet nos Christus summam: Matth. 22 *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota cogitatione tua, et ex omnibus viribus tuis. Istud est primum, et maximum mandatum. Secundum autem est simile* ¹⁾ *huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Ab istis duobus mandatis, tota Lex et Prophetae pendent* *a*.

a Deut. 6. 5. Levit. 19. 18. Marc. 12. 30. Luc. 10. 27.

1) Ed. l. Aug. et Niem.: *simile est*.

Quaest. 5. *Num haec omnia perfecte servare potes?*

Resp. Minime *a*. Natura enim propensus sum ad odium Dei et proximi *b*.

a Rom. 3. 10, 20, 23. 1 Ioan. 1. 8, 10. *b* Roman. 8. 7. Eph. 2. 5. Tit. 3. 3. Gen. 6. 5. et 8. 21. Jer. 17. 9. Rom. 7. 23.

Frag.

*Hat denn Gott den menschen also böss und ver-
kert erschaffen?*

Antwort.

a Gen. 1.Nein *a*: sondern 1) Gott hat den menschen gut, und*b* Gen. 1.nach seinem ebenbild erschaffen *b*, das ist, in war-
hafftiger gerechtigkeit und heiligkeit, auff das er Gott*c* 2 Cor. 3.*d* Colos. 3.

Ephes. 4.

seinen schöpffer recht erkannte, und von hertzen
liebte, und in ewiger seligkeit mit im lebte, in 2) zu
loben und zu preisen *c*.1) Niem.: *sonder*. 2) Niem.: *im*.

Frag.

*Woher kompt denn solche verderbte art des
menschen?*

Antwort.

d Gen. 3.

Rom. 5.

e Psal. 51.

Auss dein fall und ungehorsam unser ersten Eltern
Adams und Even im Paradeis *d*, da unser Natur also
vergiftet worden, dass wir alle in sünden empfangen
und geboren werden 1) *e*.

1) Niem.: *worden*.

Frag.

*Seind wir aber dermassen verderbt, dass wir
gantz und gar untüchtig seind zu einigem guten 1),
und geneigt zu allem bösen?*

Antwort.

a Iohan. 3.

Iob 14 et 15.

Esai 53.

b Iohan. 3.

Ja: *a* Es sey 2) denn, dass wir durch den Geist
Gottes wiedergeboren werden *b*.

1) Niem.: *gutem*. 2) Niem.: *sei*.

Frag.

*Thut denn Gott dem menschen nicht unrecht,
dass er in seinem gesetz von im fordert das er
nicht kan thun?*

Quaest. 6. *Num ergo Deus hominem ita pravum et perversum condidit?*

Resp. Nequaquam: Imo vero bonum *a* et ad imaginem sui condidit eum *b*, hoc est, vera iustitia et sanctitate praeditum, ut Deum creatorem suum recte cognosceret, ex animo diligeret, cum eo beatus in aeternum viveret: idque ad eum laudandum et celebrandum *c*.

a Gen. 1. 31. *b* Gen. 1. 26. 27. *c* Eph. 4. 24. Col. 3. 10. 2 Cor. 3. 18.

Quaest. 7. *Unde igitur existit haec naturae humanae pravitas?*

Resp. Ex lapsu et inobedientia primorum parentum Adami et Evae *a*. Hinc natura nostra ita est depravata, ut omnes in peccatis concipiamur et nascamur *b*.

a Gen. 3. Rom. 5. 12. 18. 19. *b* Psalm. 51. 7. Gen. 5. 3. Sap. 12. 10.

Quaest. 8. *An vero adeo corrupti sumus, ut ad bene agendum prorsus non simus idonei, et ad omne vitium proclives?*

Resp. Certe *a*, nisi per Spiritum sanctum regeneremur *b*.

a Gen. 8. 21. et 6. 5. Iob. 14. 4. et 15. 14. 16. 35. Ioh. 3. 6. Ies. 53. 6. *b* Ioh. 3. 3. 5. 1 Cor. 12. 3. 2 Cor. 3. 5.

Quaest. 9. *An non igitur Deus homini iniuriam facit, qui ab eo in lege sua ¹⁾ flagitat ²⁾, quae praestare non queat?*

1) *sua*] Ed. l. et Aug. om. 2) Ed. l. et Aug.: *flagitet*.

Antwort.

e Ephes. 4.

Nein: c Denn Got ¹⁾ hat den menschen also erschaffen, dass er es kondte thun, der Mensch aber hat sich und alle seine nachkommen, auss anstiftung des Teufels, durch mutwilligen ungehorsam derselbigen gaben beraubt.

1) Niem : Gott.

Frag.

Wil Gott solchen ungehorsam und abfall ungestrafft lassen hingehen?

Antwort.

d Rom.5.Heb.9.

Mit nichten: d sonder er zürnet schrecklich, beyde uber angeborne und würckliche sünden, und wil sie auss gerechtem urtheil zeitlich und ewig straffen, wie er gesprochen hat: Verflucht sey iederman, der nicht bleibet in allem dem, das geschriebeu stehet in dem buch des Gesetzes, dass ers thue a.

a Deu.27.Gal.3.

Frag.

Ist denn Gott nicht auch barmhertzig?

Antwort.

b Exo. 34.

c Exo. 20.

Psal. 5.

2 Cor. 6.

Gott ist wol barmhertzig b, er ist aber auch gerecht c, derhalben erfordert seine gerechtigkeit, dass die sünde, welche wider die allerhöchste maiestet Gottes begangen ist, auch mit der höchsten, das ist, der ewigen straff an leib und seel gestrafft werde.

Resp. Minime *a*: Nam Deus hominem talem condiderat, ut ea praestare posset *b*: verum homo, impulsore diabolo *c*, sua ipsius contumacia, se et omnem posteritatem divinis illis donis orbavit.

a Eph. 4. 24. *b* Gen. 3. 13. 1 Tim. 2. 13. Sap. 2. 23. 24. 25. *c* Gen. 3. 6. Rom. 5. 12. Luc. 10. 30.

Quaest. 10. Num Deus hanc contumaciam et defectionem hominis dimittit impunitam?

Resp. Imo vero horrendis modis irascitur *a*, cum ¹⁾ ob innata nobis peccata, tum ob ea, quae ipsimet ²⁾ committimus: eaque iustissimo iudicio temporalibus ³⁾ et aeternis suppliciis punit *b*: quemadmodum ipse pronunciat: *Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, quae scripta sunt in libro legis, ut ea faciat c.*

a Gen. 2. 17. Rom. 5. 12. *b* Psal. 50. 21. et 5. 6. Nah. 1. 2. Exod. 20. 5. et 34. 7. Rom. 1. 18. Eph. 5. 6. *c* Deut. 27. 26. Gal. 3. 10.

1) *cum*] Ed. l. Aug. et Niem.: *tum.* 2) Ed. l. et Niem.: *ipsi.* 3) Ed. l. et Niem.: *praesentibus.*

Quaest. 11. An non igitur Deus etiam est misericors?

Resp. Est ille quidem misericors *a*, sed ¹⁾ ita ut etiam sit iustus *b*. Quapropter postulat eius iustitia, ut ²⁾ quod adversus summam Dei maiestatem ³⁾ est, id etiam ⁴⁾ summis, hoc est, sempiternis cum animi tum corporis suppliciis luatur.

a Exod. 34. 6. 7. et 20. 6. *b* Psal. 10. 7. Exod. 20. 5. et 23. 7. et 34. 6. Psal. 5. 5. 6. Nah. 1. 2. 3.

1) Ed. l. Aug. et Niem.: *verum.* 2) *ut*] om. Ed. l. et Niem. 3) Ed. l. Aug. et Niem. recte addunt: *commissum.* 4) *etiam*] Ed. l. et Niem.: *quoque ut.* Aug.: *etiam ut.*

DER ANDER THEIL.

VON DES MENSCHEN ERLÖSUNG.

Frag.

Dieweil wir denn nach dem gerechten urtheil Gottes zeitliche und ewige straff verdient haben: wie möchten wir dieser straff entgehen, und widerumb zu gnaden kommen?

Antwort.

a Exo. 20 et 23.

Gott wil dass seiner gerechtigkeit genug geschehe *a*, derwegen müssen wir derselben entweder durch uns selbst, oder durch einen andern vollkomene bezalung thun *b*.

b Rom. 8.

Frag.

Können wir aber durch uns selbst bezalung thun?

Antwort.

Mit nichten: sonder wir machen auch die schuldt

c Iob 9¹⁾ et 15. noch teglich grösser *c*.

Matt. 6.

1) Niem.: 5.

Frag.

Kan aber irgendt eine blosse Creatur für uns bezalen?

Antwort.

Keine: Denn erstlich wil Gott an keiner andern Creatur straffen, das der mensch verschuldet hat *a*. Zum andern, so kan auch kein ¹⁾ blosse Creatur den last des ewigen zorns Gottes wider die sünde ertragen, und andere darvon erlösen *b*.

b Psal. 138.

1) Niem.: keine.

Frag.

Was müssen wir denn für einen ¹⁾ Mittler und Erlöser suchen?

SECUNDA PARS.

DE LIBERATIONE HOMINIS.

Quaest. 12. *Quoniam igitur iusto Dei iudicio, temporibus et aeternis poenis obnoxii sumus: estne reliqua ulla ratio aut via, qua his poenis liberemur, et Deo reconciliemur?*

Resp. Vult Deus suae iustitiae ¹⁾ satisfieri *a*: quocirca necesse est, vel per nos, vel per alium satisfaciamus *b*.

a Gen. 2. 17. Exod. 23. 7. Ezech. 18. 4. Matth. 5. 26. 2 Thess. 1. 6. Luc. 16. 2.

b Rom. 8. 3.

1) Niem.: *iustitiae suae*.

Quaest. 13. *Possumusne ipsi per nos satisfacere?*

Resp. Nulla ex parte: quin etiam debitum in singulos dies augemus *a*.

a Iob 9. 1. et 15. 15. 16. et 4. 18. Psal. 130. 3. Matth. 6. 12. et 18. 25. et 16. 26.

Quaest. 14. *Potestne ulla creaturarum in coelo vel in terra, quae tantum creatura sit, pro nobis satisfacere?*

Resp. Nulla. Nam principio non vult Deus, quod homo peccavit, id in alia creatura plectere *a*. Deinde nec potest quidem, quod mera tantum ¹⁾ creatura sit, iram Dei adversus peccatum sustinere, et alios ab ea liberare *b*.

a Ezech. 18. 4. Gen. 3. 17. *b* Nah. 1. 6. Psal. 130. 3.

1) *mera tantum*] Ed. I. et Niem.: *nihil nisi*.

Quaest. 15. *Qualis ergo quaerendus est mediator et liberator?*

Antwort.

c 1 Cor. 15. Einen solchen, der ein warer *c*, und gerechter
d Iere. 33. mensch *d*, und doch stercker denn alle Creaturen,
 Psal. 53. 2Cor. 5. Heb. 7. das ist, zugleich warer Gott sey *e*.
e Esai 7. Rom. 8. Iere. 23.

1) Niem.: *ein*.

Frag.

*Warumb muss er ein warer und gerechter
 mensch sein?*

Antwort.

f Rom. 5. Darumb, dass die gerechtigkeit Gottes erfordert *f*,
 dass die menschliche natur, die gesündigt hat, für
 die sünde bezale: und aber einer, der selbst ein sün-
g 1 Pet. 3. der were, nicht köndte für andere bezalen *g*.
 Esai. 53.

Frag.

Warumm muss er zugleich warer Gott sein?

Antwort.

Dass er auss krafft seiner Gottheit, den last ¹⁾ des
a Esai. 53. zorns Gottes, an seiner menschheit ertragen *a*, und
 Act. 2. 1 Pet. 3. uns die gerechtigkeit, und dass leben erwerben *b*, und
b Ioh. 3. Act. 20. widergeben möchte *c*.
c Iohan. 1.

1) Niem.: *lasst*.

Frag.

*Wer ist aber derselbe mittler, der zugleich wa-
 rer Gott, und ein warer gerechter mensch ist?*

Antwort.

d Matt. 1. Unser Herr Jesus Christus *d*, der uns zur volko-
 1 Tim. 3. menen ¹⁾ erlösung und gerechtigkeit geschenckt ist *e*.
 Luc. 2.

e 1 Cor. 1.1) Niem.: *vollkommenen*.

Resp. Qui verus quidem homo sit *a*, ac perfecte iustus *b*, et tamen omnibus creaturis potentior, hoc est, qui simul etiam sit verus Deus *c*.

a 1 Cor. 15. 21. *b* Heb. 7. 26. *c* Ies. 7. 14 et 9. 6. Ier. 23. 6. Luc. 11. 22.

Quaest. 16. *Cur necesse est eum verum hominem, et quidem perfecte iustum esse?*

Resp. Quia iustitia Dei postulat, ut eadem natura humana quae peccavit, ipsa pro peccato dependat *a*: qui vero ipse peccator esset, pro aliis dependere non posset *b*.

a Ezech. 18. 4. 20. Rom. 5. 18. 1 Cor. 15. 21. Heb. 2. 14. 15. 16. *b* Heb. 7. 26. 27. Psal. 49. 8. 1 Pet. 3. 18.

Quaest. 17. *Quare oportet eum simul etiam vere Deum esse?*

Resp. Ut potentia suae divinitatis *a*, onus irae divinae *b* carne sua sustinere *c*, nobisque amissam iustitiam et vitam reparare ac restituere possit *d*.

a Ies. 9. 6. et 63. 3. *b* Deut. 4. 24. Nah. 1. 6. Psal. 130. 3. *c* Ies. 53. 4. 11. *d* Iesa. 53. 5. 11.

Quaest. 18. *Quis autem est ille mediator, qui simul est verus* ¹⁾ *Deus a, et* ²⁾ *verus b perfecteque* ³⁾ *iustus homo c?*

1) *verus*] Ed. l. et Niem.: *vere*. 2) *et*] Niem.: *ac*. 3) Ed. l. et Niem.: *ac perfecte*.

Resp. Dominus noster Iesus Christus *d*, qui factus est nobis a Deo sapientia ¹⁾, iustitia, sanctificatio, et redemptio *e*.

a 1 Joh. 5. 20. Rom. 9. 5. et 8. 3. Gal. 4. 4. Iesa. 9. 6. Ierem. 23. 6. Malach. 3. 1. *b* Luc. 1. 42. et 2. 6. 7. Rom. 1. 3. et 9. 5. Phil. 2. 7. Heb. 2. 14. 16. 17. et 4. 15. *c* Iesa. 53. 11. 9. Ier. 23. 5. Luc. 1. 35. Ioh. 8. 46. Heb. 4. 15. et 7. 26. 1 Pet. 1. 19. et 2. 22. et 3. 18. *d* 1 Tim. 2. 5. Matth. 1. 23. 1 Tim. 3. 6. Luc. 2. 11. Heb. 2. 9. *e* 1 Cor. 1. 30.

1) Ed. l. et Niem.: *sapientia a Deo*.

Frag.

Woher weistu das?

Antwort.

Auss dem heiligen Euangelio, welchs Gott selbst
f Gen.3. anfänglich im Paradeis *f* hat offenbaret: folgends durch
a Gen. 22 et 49. die heilige Ertzvetter ¹⁾ *a* und Propheten lassen verkün-
 Rom.1.Heb.1. digen, und durch die opffer und andere ceremonien
 Act. 3. 10. des gesetzes fürgebildet *b*. Entlich ²⁾ aber durch seinen
b Ioh.5.Heb.10. eingeliebten Son erfüllet *c*.
c Rom. 10.
 Gal. 4.

1) Niem.: *Ertzvetter*. 2) Niem.: *Endlich*.

Frag.

*Werden denn alle menschen widerumm durch
 Christum selig, wie sie durch Adam sind verlo-
 ren worden?*

Antwort.

Nein: sonder allein die jenigen, die durch waren
d Ioh.1.Esai.53. glauben im werden eingeleibet, und alle seine wol-
 Psalm 2. thaten ¹⁾ annemen *d*.
 Rom. 11.
 Heb. 4. 10. 1) Niem.: *wohlthaten*.

Frag.

Was ist warer glaub?

Antwort.

Es ist nicht allein ein gewisse erkanntnuss, dar-
 durch ich alles für war halte, was uns Gott in sei-
 nem wort hat offenbaret *e*: sonder auch ein hertzli-
 ches vertrauen *f*, welches der heilige Geist *g* durchs
e Heb. 11. Euangelium in mir würcket *h*, dass nicht allein andern,
 Jacob. 2. sonder auch mir vergebung der Sünden, ewige ge-
f Rom. 5 et 10. rechtigkeit und seligkeit von Gott geschenckt sey *a*,
g 2 Cor. 4. auss lauter gnaden, allein umb des verdiensts Chri-
 Ephes. 2. sti willen *b*.
h Rom. 1.
a Heb.2.Rom.1.
b Ephes. 2.
 Rom. 3.

Quaest. 19. *Unde id scis?*

Resp. Ex Evangelio: quod Deus primum in paradiso patefecit *a*, ac deinceps per patriarchas *b*, et prophetas *c* propagavit: sacrificiis, reliquisque ceremoniis legis adumbravit *d*: ad extremum vero per filium suum unigenitum complevit *e*.

a Gen. 3. 15. *b* Gen. 22. 18. et 12. 3. et 49. 10. *c* Ies. 53. et 42. 1. 2. 3. 4. et 43. 25. et 49. 5. 6. 22. 23. Ier. 23. 5. 6. et 31. 32. 33. et 32. 39. 40. 41. Mich. 7. 18. 19. 20. Act. 10. 43. et 3. 22. 23. 24. Rom. 1. 2. Heb. 1. 1. *d* Heb. 10. 1. et 10. 7. Col. 2. 7. Ioh. 5. 46. *e* Rom. 10. 4. Gal. 4. 4. et 3. 24. Col. 2. 17.

Quaest. 20. *Num igitur omnibus hominibus, qui in Adamo perierant, per Christum salus redditur?*

Resp. Non omnibus *a*, verum iis tantum, qui vera fide ipsi inseruntur, eiusque beneficia omnia ¹⁾ amplectuntur *b*.

a Matth. 7. 14. et 22. 14. *b* Marc. 16. 16. Ioh. 1. 12. et 3. 16. 18. 36. Iesa. 53. 11. Psal. 2. 12. Rom. 11. 20. Rom. 3. 22. Heb. 4. 3. et 5. 9. et 10. 39. et 11. 6.

¹⁾ *omnia*] Ed. I. et Niem. om.

Quaest. 21. *Quid est vera* ¹⁾ *fides?*

¹⁾ *vera*] Ed. I. et Niem. om.

Resp. Est non tantum certa ¹⁾ notitia, qua firmiter assentior omnibus, quae Deus nobis in verbo suo patefecit *a*, sed etiam certa fiducia *b*, a Spiritu sancto *c*, per Evangelium in corde meo accensa *d*, qua in Deo acquiesco, certo statuens, non solum aliis, sed mihi quoque remissionem peccatorum, aeternam iustitiam, et vitam donatam esse *e*, idque gratis, ex Dei misericordia, propter unius Christi meritum *f*.

a Iacob. 2. 19. *b* Heb. 11. 1. 7. Rom. 4. 18. 19. 20. 21. et 10. 10. Eph. 3. 12. Heb. 4. 16. Iac. 1. 6. *c* Gal. 5. 22. Matth. 16. 17. 2 Cor. 4. 13. Ioh. 6. 29. Eph. 2. 8. Philipp. 1. 19. Act. 16. 14. *d* Roman. 1. 16. et 10. 17. 1 Cor. 1. 21. Act. 10. 44. et 16. 14. *e* Rom. 1. 17. Gal. 3. 11. Hebr. 10. 10. 38. Gal. 2. 16. *f* Ephes. 2. 8. Roman. 3. 24. et 5. 19. Luc. 1. 77. 78.

¹⁾ *certa*] Ed. I. et Niem. om.

Frag.

Was ist aber einem Christen noth zu glauben?

Antwort.

Ioh. 20.
Matt. 28.

a 1 Cor. 6. 10. *b* 1 Cor. 5. 10. Ies. 33. 1. *c* Luc. 3. 14. 1 Thes. 4. 6. *d* Prov. 11. 1. et 16. 11. Eze. 45. 9. 10. Deut. 25. 13. *e* Psal. 15. 5. Luc. 6. 35. *f* 1 Cor. 6. 10. *g* Prov. 5. 16. et 21. 20.

1) aut] Aug.: *vel*.

Quaest. 111. *Quae sunt ea, quae Deus hic iubet?*

Resp. Ut commoda et utilitates proximi, quantum possim, adiuvem et augeam: cum eo sic agam, ut mecum agi cuperem *a*, sedulo et fideliter opus faciam, ut aliorum quoque egestati subvenire queam *b*.

a Matth. 7. 12. *b* Eph. 4. 28.

Quaest. 112. *Quid exigit nonum praeceptum?*

Resp. Ne adversus quempiam dicam falsum testimonium *a*, nullius verba calumnier *b*, nulli obtrectem, aut convitium faciam *c*, neminem temere, vel indicta causa condemnem *d*: Verum omnis generis mendacia, fraudes, ut opera Diaboli propria *e*, nisi in me gravissimam iram Dei concitare velim, omni cura fugiam *f*: In iudiciis caeterisque negotiis veritatem secter, et id quod res est, libere et constanter ¹⁾ profitear *g*: Ad haec famam

z 1 Cor. 13.
Ephes. 4.
k 1 Pet. 4.

bekenne *i*, auch meines nechsten ehre und glimpff nach meinem vermögen rette und fördere *k*.

Frag.

Was wil das zehend Gebot?

Antwort.

Dass auch die geringste lust oder gedancken wider irgend ein gebot Gottes, in unser hertz nimmermehr komen: sonder wir für und für von gantzem hertzen aller sünde feind sein, und lust zu aller gerechtigkeit haben sollen *a*.

a Rom. 7.

Frag.

Können aber die zu Gott bekeret ¹⁾ sind, solche gebot volkömlich halten?

Antwort.

Nein: sondern ²⁾ es haben auch die allerheiligsten, so lang sie in diesem leben sind, nur einen geringen anfang dieses gehorsams *b*: doch also, dass sie mit ernstlichem fürsatz nicht allein nach etlichen, sonder nach allen gebotten Gottes anfangen zuleben *c*.

b 1 Ioh. 1.
Rom. 7.
Eccl. 7.
c Rom. 7.
Luc. 2.

¹⁾ *bekeret*] Niem.: *bekert*. ²⁾ Niem.: *sonder*,

Frag.

Warumb lest uns denn Gott also scharff die zehen Gebot predigen, weil sie in diesem leben niemand halten kan?

Antwort.

Erstlich auff das wir unser gantzes lebenlang unser sündliche art je lenger je mehr erkennen *d*, und soviel desto begiriger vergebung der sünden und gerechtigkeit in Christo suchen *a*. Darnach das wir one

d 1 Ioh. 1.
Psal. 32.
a Rom. 7.

aliorum et existimationem, quantum queam, defendam, et augeam *h*.

a Proverb. 19. 5. 9. et 21. 28. *b* Psalm 15. 3. et 50. 19. 20. *c* Roman. 1. 30. *d* Matth. 7. 1. Luc. 6. 37. *e* Iohan. 8. 44. *f* Prov. 12. 22. et 13. 5. *g* 1 Corinth. 13. 6. Ephes. 4. 25. *h* 1 Pet. 4. 4.

1) *et constanter*] Aug.: *constanterque*.

Quaest. 113. *Quid prohibet decimum praeceptum?*

Resp. Ne vel minima cupiditate, aut cogitatione, adversus ullum Dei praeceptum corda nostra unquam sollicitentur: sed ut perpetuo, et ex animo omne peccatum detestemur, contraque omni iustitia delectemur *a*.

a Roman. 7. 7.

Quaest. 114. *Possuntne autem illi, qui ad Deum conversi sunt, haec praecepta perfecte servare?*

Resp. Minime: Verum etiam sanctissimi quique, quamdiu vivunt, habent tantum exigua initia huius obedientiae *a*: Sic tamen, ut serio ac non simulato studio, non secundum aliqua tantum, sed secundum omnia Dei praecepta vivere incipiant *b*.

a Ioh. 1. 8. Rom. 7. 14. 15. Eccle. 7. 21. 1 Cor. 13. 9. *b* Rom. 7. 22. Psal. 1. 2.

Quaest. 115. *Cur igitur vult Deus legem suam adeo exacte et severe praedicari, cum nemo sit in hac vita, qui eam servare possit?*

Resp. Primum, ut in omni vita, magis magisque agnoscamus *a*, quanta sit naturae nostrae ad peccandum propensio, tantoque avidius remissionem peccatorum, et iustitiam in Christo expetamus *b*: Deinde, ut hoc perpetuo agamus, illud semper meditemur,

underlass uns befeissen, und Gott bitten umb die gnade des heiligen Geists, dass wir je lenger je mehr zu dem ebenbild Gottes ernewert werden, biss wir das ziel der vollkommenheit nach diesem leben erreichen *b*.

b 1 Cor. 9.
Phil. 3.

VOM GEBET.

Frag.

Warumb ist den Christen das gebet nötig?

Antwort.

Darumb dass es das fürnembste stück der danckbarkeit ist, welche Gott von uns erfordert *c*, Und dass Gott seine gnade ¹⁾ und heiligen Geist allen ²⁾ denen wil geben, die in mit hertzlichem seufftzen one underlass darumb bitten, und im dafür dancken *d*.

c Psal. 50.

d Matt. 7.

Luc. 11.

Matt. 13.

1) Niem.: *genade*. 2) Niem.: *allein*.

Frag.

Was gehöret zu einem solchen gebet das Gott gefalle, und vom im erhöret werde?

Antwort.

Erstlich dass wir allein den einigen waren Gott, der sich uns in seinem wort hat offenbaret *a*, umb alles dass er uns zu bitten befohlen hat *b*, von hertzen anruffen *c*. Zum andern dass wir unsere noht und elend recht gründlich erkennen *d*, uns für dem angesicht seiner Maiestet zu demütigen *e*. Zum dritten, dass wir diesen festen grund haben *f*, dass er unser gebet, unangesehen dass wirs unwirdig seind, doch umb des HERRN Christi willen gewisslich wölle erhören *g*, wie er uns in seinem wort verheissen hat *h*.

a Ioh. 4.

b Rom. 8.

1 Ioh. 5.

c Ioh. 4.

d 2 Pa. 20.

e Psal. 2. et 34.

Esai. 66.

f Rom. 10.

Iac. 1.

g Ioh. 14.

Dan. 9.

h Mat. 7¹⁾.

Psal. 143.

1) Niem.: *Mat. 2*.

et gratiam Spiritus sancti a Patre imploremus, quo indies magis ac magis ad imaginem Dei renovemur, donec aliquando tandem, postquam ex hac vita decesserimus, propositam nobis perfectionem laeti assequamur *c*.

a Rom. 3. 20. 1 Ioh. 1. 9. Psalm 32. 5. *b* Matth. 5. 6. Rom. 7. 24. *c* 1 Cor. 9. 24. Phil. 3. 12. 13. 14.

DE PRECATIONE.

Quaest. 116. *Quare Christianis necessaria est precatio?*

Resp. Quia praecipua pars est eius, quam Deus a nobis postulat, gratitudinis *a*. Tum quia illis tantum suam gratiam et Spiritum sanctum Deus largitur, qui veris gemitibus continenter haec ab eo petunt, et pro iis ipsi gratias agunt *b*.

a Psalm. 50. 14. *b* Matth. 7. 7. Luc. 11. 9. 13. Matth. 13. 12.

Quaest. 117. *Quae ad eam precationem requiruntur* ¹⁾, *quae Deo placeat, quaeque ab ipso exaudiatur?*

Resp. Ut a solo vero Deo, qui se in verbo suo patefecit *a*, omnia, quae a se peti iussit *b*, vero cordis affectu petamus *c*, ex intimo nostrae indigentiae ac miseriae sensu *d*, nos in conspectu divinae Maiestatis, supplices abiiciamus *e*, huic firmo fundamento innitamur *f*, nos a Deo, quanquam indignos, propter Christum tamen certo exaudiri *g*, quemadmodum nobis in suo verbo ²⁾ promisit *h*.

a Apocal. 29 (?). Ioh. 4. 22. *b* Rom. 8. 26. 1 Ioh. 5. 14. Iacob. 1. 5. *c* Ioh. 4. 14 (24?). Psalm. 145. 18. *d* 2 Paralip. 20. 12. *e* Psalm. 2. 11. et 34. 19. Ies. 66. 2. *f* Rom. 10. 14. Iac. 1. 6. *g* Ioh. 14. 13. et 16. 23. Dan. 9. 17. *h* Matth. 7. 8. Psalm. 27. 8.

¹⁾ Aug. *Quae requiruntur ad eam precationem.* ²⁾ Aug. : *in verbo suo.*

Frag.

Was hat uns Gott befohlen von ihm zu bitten?

Antwort.

i Jacob. 1.
Matt. 6.

Alle geistlichen und leiblichen notdurfft *i*, welche der HERR Christus begriffen hat in dem Gebet, das er uns selbst gelehret.

Frag.

Wie lautet dasselbe?

Antwort.

a Mat. 6.
Luc. 11.

Unser *a* Vater der du bist in himmeln. Geheiligt werde dein Name. Dein Reich komme. Dein wil geschehe, auff erden wie im himmel. Unser teglich brod gib uns heut. Und vergib uns unser schult, als auch wir vergeben unsern schuldigern. Und füre uns nicht in versuchung, sonder erlöse uns von bösen. Denn dein ist das reich, und die krafft, und die herrligkeit in ewigkeit, Amen.

Frag.

Warumb hat uns Christus befohlen Gott also anzureden, Unser Vater?

Antwort.

Dass er gleich im anfang unsers gebets in uns erwecke die kindliche furcht und zuversicht gegen Gott, welche der grund unsers gebets sol sein: Nemlich, dass Gott unser Vater durch Christum worden sey, und wolle ¹⁾ uns viel weniger versagen, warumb wir in im glauben bitten, denn unsere Vater uns irdische ding abschlagen *a*.

a Matt. 7.
Luc. 11.

1) Niem.: wölle.

Frag.

Warumb wird hinzugethan, Der du bist in himmeln?

Quaest. 118. *Quae sunt ea, quae a se peti iubet?*

Resp. Omnia tum animae tum corpori necessaria ^a, quae Dominus noster Iesus Christus ea precatione, quam nos ipse docuit, complexus est.

^a Iacob. 1. 17. Matth. 6. 33.

Quaest. 119. *Quae est illa precatio?*

Resp. *Pater noster* ^a, *qui es in coelis: Sanctificetur nomen tuum; Veniat regnum tuum; Fiat voluntas tua, quemadmodum in coelo, sic etiam in terra: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Et remitte nobis debita nostra: sicut et nos remittimus debitoribus nostris: Et ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo. Quia tuum est regnum, et potentia, et gloria, in secula, Amen.*

^a Matth. 6. 9 (9-13?). Luc. 11. 2. 3. 4.

Quaest. 120. *Cur praecipit Christus, ut ita Deum compellemus: Pater noster?*

Resp. Ut statim in ipso precationis exordio, convenientem Dei filiis reverentiam et fiduciam erga Deum in nobis excitet, quae nostrae precationis fundamentum esse debet: nimirum Deum propter ¹⁾ Christum nobis Patrem factum esse, et quae vera fide ab eo petimus, nobis multo minus negare, quam parentes nostri nobis bona terrena denegant ^a.

^a Matth. 7. 9. 10. Luc. 11. 11. 12. 13.

¹⁾ *propter*] Aug.: *per*.

Quaest. 121. *Cur additur, Qui es in coelis?*

Antwort.

Auff dass wir von der himlischen Maiestet Gottes nichts irdisch gedencken *b*, und von seiner almechtigkeit alle notdurfft leibs und der seelen gewarten *c*.

b Iere. 23.
Act. 17.
c Rom. 10.

Frag.

Was ist die erste Bitt?

Antwort.

Geheiliget werde dein name, das ist, gib uns erstlich dass wir dich recht erkennen *a*, und dich in allen deinen wercken, in welchen leuchtet deine allmechtigkeit, weissheit, güte, gerechtigkeit, barmherzigkeit und warheit, heiligen, rhümen und preisen *b*. Darnach auch dass wir unser gantzes leben, gedanken, wort und werck dahin richten, dass dein Name umb unsert willen nit gelestert, sonder geehret und gepriesen werde *c*.

a Ioh. 17.
Matt. 16.
Iac. 1.
Psal. 119.
b Psal. 119.
Rom. 11.

c Psal. 71.
et 115.

Frag.

Was ist die ander Bitt?

Antwort.

Zukom dein Reich, das ist, Regiere uns also durch dein wort und geist, dass wir uns dir je lenger je mehr underwerffen *d*: erhalt und mehre deine kirchen *e*, und zerstöre die werck des Teuffels, und allen gewalt der sich wider dich erhebt, und alle böse rahtschlege, die wider dein heiliges wort erdacht werden *f*, biss die vollkommenheit deines Reichs hertzukomme *g*, darin du wirst alles in allen ¹⁾ sein *a*.

d Matt. 6.
Psal. 119.
et 143.
e Psal. 51.
et 122.
f 1 Ioh. 3.
Rom. 16.
g Apoc. 22.
Rom. 8.
a 1 Cor. 15.

1) *allen*] Niem. : *allem*.

Frag.

Was ist die dritte Bitt?

Antwort.

Dein Wil geschehe auff erden wie im himmel, das

Resp. Ne de coelesti maiestate Dei humile quippiam aut terrenum cogitemus *a*, simul etiam, ut ab eius omnipotentia, quaecunque animo et corpori sunt necessaria, exspectemus *b*.

a Ier. 23. 24. Act. 17. 24. 25. 27. *b* Rom. 10. 12.

Quaest. 122. *Quae est prima petitio?*

Resp. *Sanctificetur nomen tuum*: hoc est, Da principio, ut te recte agnoscamus *a*, et lucentem in omnibus operibus tuis omnipotentiam, sapientiam, bonitatem, iustitiam, misericordiam et veritatem tuam veneremur, praedicemus et celebremus *b*: Deinde, ut universam vitam nostram, cogitationes, sermones, et actiones, eo semper dirigamus, ne sanctissimum nomen tuum propter nos contumelia afficiatur, sed honore potius et laudibus illustretur *c*.

a Iohan. 17. 3. Ier. 9. 23. et 31. 33. 34. Matth. 16. 17. Iacob. 1. 5. Psalm 119. 105.
b Psal. 119. 137. Luc. 1. 46. 47. 68. 69. Rom. 11. 33. *c* Psalm 71. 8. et 115. 1.

Quaest. 123. *Quae est secunda petitio?*

Resp. *Veniat regnum tuum*: hoc est, regas nos ita verbo et spiritu tuo, ut nos tibi magis magisque subiiciamus *a*: Conserva et auge ecclesiam tuam *b*, destrue opera diaboli, omnemque potentiam se adversus maiestatem tuam efferentem: Irrita fac omnia consilia, quae contra verbum tuum capiuntur *c*, quoad plenitandem ac perfecte regnes *d*, cum eris omnia in omnibus *e*.

a Psal. 143. 10. et 119. 5. Matth. 6. 33. *b* Psal. 51. 20. et 122. 6. *c* 1 Ioh. 3. 8. Rom. 16. 20. *d* Apoc. 22. 20. Rom. 8. 22. 23. *e* 1 Cor. 15. 28.

Quaest. 124. *Quae est tertia petitio?*

Resp. *Fiat voluntas tua, quemadmodum in coelo, sic etiam*

ist, verleihe dass wir und alle menschen unserm eigenen willen absagen *b*, und deinem allein guten willen one alles widersprechen gehorchen *c*, dass also jederman sein ampt und beruff so willig und trewlich aussrichte *d*, wie die Engel im himmel *e*.

Frag.

Was ist die vierde Bitt?

Antwort.

Gib uns heut unser teglich brod, das ist, wollest uns mit aller leiblichen notdurfft versorgen *f*, auff dass wir dardurch erkennen, dass du der einig ursprung alles guten bist *g*, und dass one deinen segen, weder unsere sorgen und arbeit, noch deine gaben uns gedeien *a*, und wir derhalben unser vertrauen von allen Creaturen abziehen, und allien auff dich setzen *b*.

b Matt. 16.
Tit. 2.
c Luc. 22.
d 1 Cor. 7.
e Psal. 103.

f Psal. 104.
et. 145.
Matt. 6.
g Act. 14. et 17.

a 1 Cor. 15.
Deut. 8.
Psal. 37.
b Psal. 55. et 62.

Frag.

Was ist die fünffte Bitt?

Antwort.

Vergib uns unsere schuld, als auch wir vergeben unsern schuldigern, das ist, wollest uns armen sündern alle unsere missethat, aach das böse, so uns noch immerdar anhenget umb des bluts Christi willen nit zurechnen *c*, wie auch wir diss zeugnuss deiner gnad in uns befinden, dass unser gantzer fürsatz ist, unserm nechsten von hertzen zuverzeihen *d*.

c Psal. 51.
et 143.
1 Ioh. 2.
d Mat. 6.

Frag.

Was ist die sechste Bitt?

Antwort.

Und für uns nit in versuchung, sonder erlöse uns

in terra: hoc est, Da, ut nos et omnes homines, voluntati propriae renunciantes *a*, tuae voluntati, quae sola est sancta, promte et sine ullo murmure pareamus *b*: atque ita singuli mandatum nobis munus fideliter et alacriter exsequamur *c*, quemadmodum faciunt angeli in coelo *d*.

a Matth. 16. 24. Tit. 2. 11. 12. *b* Luc. 21. 24 (22: 42?). Eph. 5. 10. Rom. 12. 2. *c* 1 Cor. 7. 24. *d* Psal. 103. 20. 21.

Quaest. 125. *Quae est quarta petitio?*

Resp. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*: hoc est, suppedita nobis omnia, quae sunt ad hanc vitam ¹⁾ necessaria *a*, ut per ea agnoscamus, te unicum fontem esse, ex quo omnia bona emanant *b*, ac nisi tu benedicas, omnem nostram curam et industriam, atque adeo tua ipsius dona, nobis infelicia et noxia esse *c*. Quapropter da, ut fiduciam nostram ab omnibus creaturis aversam, in te solo collocemus *d*.

a Psalm 145. 15. Psalm 104. 27. Matth. 6. 26. *b* Iaco. 1. 17. Actor. 14. 17. et 17. 27. *c* 1 Corinth. 15. 58. Deut. 8. 3. Psal. 37. 16. et 127. 1. 2. *d* Psalm 55. 23. et 62. 11. et 146. 3. Ierem. 17. 5. 7.

¹⁾ Aug.: *ad hanc vitam sunt*.

Quaest. 126. *Quae est quinta petitio?*

Resp. *Remitte nobis debita nostra, sicut et nos remittimus debitoribus nostris*: hoc est ¹⁾, nobis miserrimis peccatoribus, omnia peccata nostra, atque eam etiam pravitatem, quae in nobis etiamnum haeret propter Christi sanguinem ne ²⁾ imputes *a*: quemadmodum nos quoque hoc tuae gratiae testimonium in cordibus nostris sentimus, quod firmiter nobis propositum habemus, omnibus, qui nos offenderunt, ex animo ignoscere *b*.

a Psal. 51. 2. et 143. 2. 1 Ioh. 2. 1. Rom. 8. 1. *b* Matth. 6. 14.

¹⁾ Aug. addit: *ne*. ²⁾ *ne*] Aug. om.

Quaest. 127. *Quae est sexta petitio?*

Resp. *Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo*:

vom bösen, das ist, dieweil wir auss uns selbst so schwach sein, dass wir nit einen augenblick bestehen können *a*, und darzu unsere abgesagte feind, der Teufel *b*, die welt *c*, und unser eigen fleisch *d*, nit auffhören uns anzufechten: so wollest uns erhalten und stercken durch die krafft deines heiligen Geistes, auff das wir inen mögen festen widerstand thun, und in diesem geistlichen streit nit unden ligen *e*, biss dass wir entlich den sieg volkomlich behalten *f*.

a Ioh. 15.
Psal. 103.
b 1 Pet. 5.
Ephes. 6.
c Ioh. 15.
d Rom. 7.
Galat. 5.
e Mat. 26.
Mar. 13.
f 1 Thess. 3, et 5.

Frag.

Wie beschleust du diss Gebet?

Antwort.

Denn dein ist das Reich, die krafft, und die herrlichkeit in ewigkeit, das ist, Solchs alles bitten wir darumb von dir, dass du als unser König, und aller ding mechtig, uns alles guts geben wilt, und kanst *g*, und dass dadurch nicht wir, sonder dein heiliger Name ewig sol gepriesen werden *h*.

g Rom. 10.
2 Pet. 2.
h Ioh. 14.
Psal. 115.

Frag.

Was bedeut das wörtlein, Amen?

Antwort.

Amen heist, das sol war und gewiss sein. Denn mein gebet viel gewisser von Gott erhöret ist, denn ich in meinem hertzen füle, dass ich solches von ihm begere *a*.

a 2 Cor. 1.
2 Tim. 2.

hoc est, quoniam ipsi natura adeo debiles et infirmi sumus, ut ne momento quidem subsistere possimus *a*: infensissimi autem hostes nostri, Satan *b*, mundus *c*, ac nostra ipsorum caro *d*, nos continenter oppugnant: tu nos sustentens et Spiritus tui robore firmes, ne in hoc spirituali certamine succumbamus *e*, sed tantisper illis fortiter ¹⁾ resistamus, donec integram tandem victoriam obtineamus *f*.

a Ioh. 15. 5. Psal. 103. 14. *b* 1 Pet. 5. 8. Eph. 6. 12. *c* Ioh. 15. 19. *d* Roman. 7. 23. Gal. 5. 12 (17?). *e* Matth. 26. 41. Mar. 13. 33. *f* 1 Thes. 3. 13. et 5. 23.

¹⁾ *tantisper — fortiter*] Aug.: *fortiter illis tantisper*.

Quaest. 128. *Quomodo concludis precationem tuam?*

Resp. *Quia tuum est regnum, et potentia, et gloria in secula*: hoc est, omnia haec a te petimus, quia cum et rex noster et omnipotens sis, omnia nobis et vis et potes largiri *a*: Atque haec quidem ideo petimus, ut ex iis, non ad nos, sed ad sanctum nomen tuum omnis gloria redeat *b*.

a Rom. 10. 12. 2 Pet. 2. 9. *b* Ioh. 14. 13. Ierem. 33. 8. 9. Psal. 115. v. 1.

Quaest. 129. *Quid sibi vult particula, Amen?*

Resp. Rem certam ac ratam esse ¹⁾. Nam precatio mea multo certius a Deo est exaudita quam ego in corde meo sentio, me illud ex animo cupere *a*.

a 2 Cor. 1. 20. (2?) Tim. 2. 13.

¹⁾ *Rem — esse*] Aug.: *Amen significat: FIAT, seu vere adimpleatur*.

Soli Deo laus et gloria ¹⁾.

¹⁾ Niem. haec om.

VERZEICHNIS DER FÜRNEHMSTEN TEXT,
WIE DIE ORDENTLICH IM VORGEHENDEN CATECHISMO ER-
KLERET SEIN.

I.

SUMMA DES GÖTTLICHEN GESETZES,
DARAUSS WIR UNSER SÜND UND ELENDT ERKENNEN.

Matt. 22. Du solt lieben Gott deinen HERREN — und die
Propheten ¹⁾.

Deut. 27. Verflucht sey jederman — das ers thue ²⁾.

¹⁾ Vid. pag. 304. ²⁾ Vid. pag. 308.

II.

DIE ARTICKEL UNSERS CHRISTLICHEN GLAUBENS,

ODER SUMMA DES EUANGELIONS AUSS DEM WIR
LERNEN UNSER ERLÖSUNG.

Ich glaub in Gott Vater — und ein ewiges leben ¹⁾.

¹⁾ Vid. pag. 316.

EINSATZUNG DER HEILIGEN SACRAMENT,

DURCH WELCHE DER HEILIGE GEIST UNS DIESE ERLÖSUNG VERSIEGELT
UND VERSICHERT.

EINSATZUNG DES HEILIGEN TAUFFS.

Gehet hin, und lehret alle Völcker — der wird
verdampft werden ¹⁾.

¹⁾ Vid. pag. 348.

EINSATZUNG DES HEILIGEN ABENDMALS CHRISTI.

Unser HERR Iesus in der nacht — biss das er kompt ¹⁾. Und der heilige Paulus in der ersten an die Corinther im 10. cap. spricht also: Der Kelck der dancksagung — dieweil wir alle eines brods theilhaftig seind ²⁾.

¹⁾ Vid. pag. 354. ²⁾ Vid. ibid.

III.

DAS GESETS ODER DIE ZEHEN GEBOT GOTTES.

AUSS WELCHEN WIR LERNEN, WIE WIR GOTT FÜR SOLCHE WOLTHAT SOLLEN IN UNSERM GANTZEN LEBEN DANCKBAR SEIN.

Gott redet alle diese wort — noch alles das dein nechster hat ¹⁾.

¹⁾ Vid. pag. 366, 368, 370.

DAS CHRISTLICHE GEBET,

WELCHS UNS CHRISTUS SELBST GELEHRET, UNSER DANCKBARKEIT FÜRNEMLICH DAMIT GEGEN GOTT ZUERZEIGEN, UND ALLE NOTDURFFT LEIBS UND DER SEELEN VON IHM ZUERLANGEN.

Unser Vater der du bist in himmeln — in ewigkeit, Amen ¹⁾.

¹⁾ Vid. pag. 383.

AN DEN CHRISTLICHEN LESER.

Was im ersten truck ubersehen, als fürnemlich folio 55 ¹⁾. Ist jetzunder auss befelch Churfürstlicher Gnaden addiert worden. 1563.

¹⁾ Significatur Quaest. 80. Vid. pag. 358.

IUDICIUM SYNODI NATIONALIS
REFORMATARUM ECCLESiarUM BELGICARUM,
HABITAE DORDRECHTI ANNO MDCXVIII. ET MDCXIX.
CUI PLURIMI INSIGNES THEOLOGI REFORMATARUM ECCLESIA-
ARUM MAGNAE BRITANNIAE, GERMANIAE, GALLIAE,
INTERFUERUNT,
DE QUINQUE DOCTRINAE CAPITIBUS
IN ECCLESIIIS BELGICIS CONTROVERSIIS :
PROMULGATUM VI. MAII MDCXIX.

PRAEFATIO.

In nomine Domini et Servatoris nostri Iesu Christi, Amen.

INTER plurima, quae Dominus et Servator noster Iesus Christus militanti suae Ecclesiae in hac aerum-
nosa peregrinatione dedit solatia, merito celebratur
illud, quod ei, ad Patrem suum in coeleste sanctua-
rium abiturus, reliquit: *Ego, inquit, sum vobis-
cum omnibus diebus usque ad consummationem se-
culi.* Huius suavissimae promissionis veritas elucet
in omnium temporum Ecclesia, quae quum non solum
aperta inimicorum violentia et haeticorum impietate,
sed etiam operta seductorum astutia inde ab initio
fuerit oppugnata, sane, si unquam salutari promissae
suae praesentiae praesidio eam destituisset Dominus,

pridem aut vi tyrannorum fuisset oppressa, aut fraude impostorum in exitium seducta. Sed bonus ille Pastor, qui gregem suum, pro quo animam suam posuit, constantissime diligit, persecutorum rabiem tempestive semper, et exserta saepe dextera, miraculose repressit, et seductorum vias tortuosas ac consilia fraudulenta detexit atque dissipavit, utroque se in Ecclesia sua praesentissimum esse demonstrans. Huius rei illustre documentum exstat in historiis piorum Imperatorum, Regum, et Principum, quos Filius Dei in subsidium Ecclesiae suae toties excitavit, sancto domus suae zelo accendit, eorumque opera, non tantum tyrannorum furores compescuit, sed etiam Ecclesiae cum falsis doctoribus religionem varie adulterantibus conflictanti, sanctarum synodorum remedia procuravit, in quibus fideles Christi servi coniunctis precibus, consiliis, et laboribus pro Ecclesia et veritate Dei fortiter steterunt, Satanae ministris, licet in Angelos lucis se transformantibus, intrepide se opposuerunt, errorum et discordiae semina sustulerunt, Ecclesiam in religionis purae concordia conservarunt, et sincerum Dei cultum ad posteritatem illibatum transmiserunt.

Simili beneficio fidelis noster Servator Ecclesiae Belgicae, annos aliquam multos afflictissimae, gratiosam suam praesentiam hoc tempore testatus est. Hanc enim Ecclesiam a Romani antichristi tyrannide et horribili papatus idololatria potenti Dei manu vindicatam, in belli diuturni periculis toties miraculose custoditam, et in verae doctrinae atque disciplinae concordia ad Dei sui laudem, admirabile reipubl. incrementum, to-

tiusque reformati orbis gaudium efflorescentem, *Iacobus Arminius* eiusque sectatores, nomen Remonstrantium prae se ferentes, variis, tam veteribus, quam novis erroribus, primum tecte, deinde aperte tentarunt, et scandalosis dissensionibus ac schismatibus pertinaciter turbatam, in tantum discrimen adduxerunt, ut florentissimae Ecclesiae, nisi Servatoris nostri miseratio opportune intervenisset, horribili dissidiorum et schismatum incendio tandem conflagrassent. Benedictus autem sit in secula Dominus, qui postquam ad momentum faciem suam a nobis (qui multis modis iram et indignationem eius provocaveramus) abscondissit, universo orbi testatum fecit, se foederis sui non oblivisci, et suspiria suorum non spernere. Cum enim vix ulla remedii spes humanitus appareret, illustrissimis et praepotentibus Belgii foederati Ordinibus generalibus hanc mentem inspiravit, ut consilio et directione illustrissimi et fortissimi Principis Arausicani legitimis mediis, quae ipsorum Apostolorum, et, quae eos secuta, Ecclesiae Christianae exemplis longo temporum decursu sunt comprobata; et magno cum fructu in Ecclesia etiam Belgica antehac usurpata, saevientibus hisce malis obviam ire decreverint, Synodumque ex omnibus, quibus praesunt, Provinciis, autoritate sua, Dordrechtum convocarint, expetitis ad eam et favore serenissimi ac potentissimi Magnae Britanniae Regis *Iacobi*, et illustrissimorum Principum, Comitum, et Rerumpublicarum, impetratis plurimis gravissimis Theologis, ut communi tot Reformatae Ecclesiae Theologorum iudicio, ista *Arminii* eiusque sectatorum dogmata accurate,

et ex solo Dei verbo, diiudicarentur, vera doctrina stabiliretur, et falsa reiiceretur, Ecclesiisque Belgicis concordia, pax et tranquillitas, divina benedictione, restitueretur. Hoc est illud Dei beneficium, in quo exultant Ecclesiae Belgicae, et fideles,¹⁾ Servatoris sui miserationes humiliter agnoscunt, ac grate praedicant.

Haec igitur veneranda Synodus (praevia per summi Magistratus auctoritatem in omnibus Belgicis Ecclesiis, ad irae Dei deprecationem et gratiosi auxilii implorationem, precum et ieiunii indictione et celebratione) in nomine Domini, Dordrechtii congregata, divini Numinis et salutis Ecclesiae accensa amore, et post invocatum Dei nomen, sancto iuramento obstricta, se solam Scripturam sacram pro iudicii norma habituram, et in caussae huius cognitione et iudicio, bona integraque conscientia versaturam esse, hoc egit sedulo magnaue patientia, ut praecipuos horum dogmatum patronos, coram se citatos, induceret ad sententiam suam de Quinque notis doctrinae Capitibus, sententiaeque rationes, plenius exponendas. Sed cum Synodi iudicium repudiarent, atque ad interrogata²⁾, eo, quo aequum erat, modo respondere detrectarent, neque Synodi monitiones, nec generosorum atque amplissimorum Ordinum generalium Delegatorum mandata, imo ne ipsorum quidem illustrissimorum et praepotentum DD. Ordinum generalium imperia, quicquam apud illos proficerent, aliam viam eorundem Dominorum iussu, et ex consuetudine iam olim in Synodis antiquis recepta, ingredi coacta fuit; atque ex scriptis, confessionibus, ac declarationibus, partim

¹⁾ Niem.: *fidelis*. ²⁾ *interrogata*] Niem.: *interrogatoria*.

antea creditis, partim etiam huic Synodo exhibitis, examen illorum quinque dogmatum institutum est. Quod cum iam per singularem Dei gratiam, maxima diligentia, fide, ac conscientia, omnium et singulorum consensu absolutum sit, Synodus haec ad Dei gloriam, et ut veritatis salutaris integritati, conscientiarum tranquillitati, et paci ac saluti Ecclesiae Belgicae consulatur, sequens iudicium, quo et vera verboque Dei consentanea de praedictis Quinque Doctrinae Capitibus sententia exponitur, et falsa verboque Dei dissentanea reiicitur, statuit promulgandum.

Formula sancti iuramenti, cuius mentio fit in hac Praef. haec erat: »Promitto coram Deo, quem praesentissimum, renunquo et »cordium scrutatorem eredo et veneror, me in tota hae Synodali »actione, quâ instituetur examen, iudicium et decisio, tum de »notis quinque Articulis, et difficultatibus inde orientibus, tum »de omnibus reliquis doctrinalibus non ulla scripta humana, sed »solum Dei verbum pro certâ ac indubitâ fidei regulâ adhibiturum: mihi in totâ hae causâ nihil propositum fore, praeter »Dei gloriam, tranquillitatem Ecclesiae, et cum primis conservationem puritatis doctrinae. Ita propitius mihi sit Servator meus »Jesus Christus, quem preceor ardentissime, ut in hoc proposito »Spiritus sui gratiâ mihi perpetuo adsit." Vid. *Acta Syn. Dordr.* Sess. XXIII.

SENTENTIA,

DE

DIVINA PRAEDESTINATIONE ET ANNEXIS
EI CAPITIBUS,

Quam *Synodus Dordrechtana* Verbo Dei consentaneam, atque in Ecclesiis Reformatis hactenus receptam esse, iudicat, quibusdam Articulis exposita.

PRIMUM DOCTRINAE CAPUT,

DE

DIVINA PRAEDESTINATIONE.

Articulus primus.

Cum omnes homines in Adamo peccaverint, et rei sint facti maledictionis et mortis aeternae, Deus nemini fecisset iniuriam, si universum genus humanum in peccato et maledictione relinquere, ac propter peccatum damnare voluisset, iuxta illa Apostoli, *Totus mundus est obnoxius condemnationi Dei*, Rom. III, 19. *Omnes peccaverunt et destituuntur gloria Dei.* vers. 23. Et, *Stipendium peccati mors est.* Rom. VI, 23.

II.

Verum in hoc manifestata est charitas Dei, quod

Filiū suū unigenitū in mundū misit, ut omnis qui credit in eū, non peccat, sed habeat vitam aeternam. 1 Iohā. IV, 9. Iohā. III, 16.

III.

Ut autem homines ad fidem adducantur, Deus clementer lactissimi huius nuntii praecones mittit, ad quos vult, et quando vult, quorum ministerio homines ad resipiscentiam et fidem in Christum crucifixum vocantur. *Quomodo enim credent in eum, de quo non audierint? quomodo autem audient absque praedicante? quomodo praedicabunt, nisi fuerint missi?* Rom. X, 14. 15.

IV.

Qui huic Evangelio non credunt, super eos manet ira Dei. Qui vero illud recipiunt, et Servatorem Iesum vera ac viva fide amplectuntur, illi per ipsum ab ira Dei et interitu liberantur, ac vita aeterna donantur.

V.

Incredulitatis istius, ut et omnium aliorum peccatorum, causa seu culpa neutiquam est in Deo, sed in homine. Fides autem in Iesum Christum et salus per ipsum, est gratuitum Dei donum, sicut scriptum est: *Gratia salvati estis per fidem, et hoc non ex vobis, Dei donum est.* Ephes. II, 8. Item: *Gratis datum est nobis in Christum credere.* Philip. I, 29.

VI.

Quod autem aliqui in tempore fide a Deo donan-

tur, aliqui non donantur, id ab aeterno ipsius decreto provenit; *Omnia enim opera sua novit ab aeterno*: Act. XV, 18. Ephes. I, 11. secundum quod decretum electorum corda, quantumvis dura, gratiose emollit, et ad credendum inflectit, non electos autem iusto iudicio suae malitiae et duritiae relinquit. Atque hic potissimum sese nobis aperit profunda, misericors pariter et iusta hominum aequaliter perditorum discretio; sive decretum illud *electionis* et *reprobationis* in verbo Dei revelatum. Quod ut perversi, impuri, et parum stabiles, in suum detorquent exitium, ita sanctis et religiosis animabus ineffabile praestat solatium.

VII.

Est autem electio immutabile Dei propositum, quo ante iacta mundi fundamenta ex universo genere humano, ex primaeva integritate in peccatum et exitium sua culpa prolapso, secundum liberrimum voluntatis suae beneplacitum, ex mera gratia, certam quorundam hominum multitudinem, aliis nec meliorum, nec digniorum, sed in communi miseria cum aliis iacentium, ad salutem elegit in Christo, quem etiam ab aeterno Mediatorem et omnium electorum caput, salutisque fundamentum constituit; atque ita eos ipsi salvandos dare, et ad eius communionem per verbum et Spiritum suum efficaciter vocare ac trahere; seu vera in ¹⁾ ipsum fide donare, iustificare, sanctificare, et potenter in Filii sui communionem custoditos tandem glorificare decrevit, ad demonstrationem suae misericordiae, et laudem divitiarum gloriosae suae gratiae, sicut

scriptum est: *Elegit nos Deus in Christo, ante iacta mundi fundamenta, ut essemus sancti et inculpato in conspectu eius, cum charitate; qui praedestinavit nos quos adoptaret in filios, per Iesum Christum, in sese, pro beneplacito voluntatis suae, ad laudem gloriosae suae gratiae, qua nos gratis sibi acceptos fecit in illo dilecto. Ephes. I, 4. 5. 6. Et alibi: Quos praedestinavit; eos etiam vocavit; et quos vocavit, eos etiam iustificavit; quos autem iustificavit, eos etiam glorificavit, Rom. VIII, 30.*

1) in] Niem. vitio typogr.: et.

VIII.

Haec electio non est multiplex, sed una et eadem omnium salvandorum in Vetere et Novo Testamento, quandoquidem Scriptura unicum praedicat beneplacitum, propositum, et consilium voluntatis Dei, quo nos ab aeterno elegit et ¹⁾ ad gratiam et ad gloriam, et ad salutem et ad viam salutis, quam praeparavit ut in ea ambulemus.

1) et] Niem. et Aug. om.

IX.

Eadem haec electio facta est non ex praevisa fide, fideique obedientia, sanctitate, aut alia aliqua bona qualitate et dispositione, tanquam causa seu conditione in homine eligendo praerequisita, sed ad fidem, fideique obedientiam, sanctitatem, etc. Ac proinde electio est fons omnis salutaris boni: unde fides, sanctitas, et reliqua dona salvifica, ipsa denique vita aeterna, ut fructus et effectus eius profluunt, secun-

diun illud Apostoli: *Elegit nos* (non quia eramus, sed) *ut essemus sancti et inculpati in conspectu eius in charitate.* Ephes. I, 4.

X.

Causa vero huius gratuita electionis, est solum Dei beneplacitum, non in eo consistens, quod certas qualitates seu actiones humanas, ex omnibus possibilibus, in salutis conditionem elegit; sed in eo, quod certas quasdam personas ex communi peccatorum multitudine sibi in peculium adscivit, sicut scriptum est: *Nondum natis pueris, cum neque boni quippiam fecissent neque mali, etc. dictum est* (nempe Rebeccae,) *Maior serviet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau odio habui.* Rom. IX, 11. 12. 13. Et, *Crediderunt quotquot erant ordinati ad vitam aeternam.* Act. XIII, 48.

XI.

Atque ut Deus ipse est sapientissimus, immutabilis, omniscius, et omnipotens: ita electio ab ipso facta nec interrumpi, nec mutari, revocari, aut abrumpi, nec electi abiici, nec numerus eorum minui potest.

XII.

De hac aeterna et immutabili sui ad salutem electione, electi suo tempore, variis licet gradibus et dispari mensura, certiores redduntur, non quidem arcana et profunditates Dei curiose scrutando; sed fructus electionis infallibiles, in verbo Dei designatos, ut sunt vera in Christum fides, filialis Dei timor,

dolor de peccatis secundum Deum, esuries et sitis iustitiae, etc. in sese cum spirituali gaudio et sancta voluptate observando.

XIII.

Ex huius electionis sensu et certitudine, filii Dei maiorem indies sese coram Deo humiliandi, abyssum misericordiarum eius adorandi, seipsos purificandi, et eum, qui ipsos prior tantopere dilexit, vicissim ardentem diligendi, materiam desumunt: tantum abest, ut hac electionis doctrina atque eius meditatione in mandatorum divinorum observatione segniores, aut carnaliter securi, reddantur. Quod iis iusto Dei iudicio solet accidere, qui de electionis gratia, vel temere praesumentes, vel otiose et proterve fabulantes, in viis electorum ambulare nolunt.

XIV.

Ut autem haec de divina electione doctrina sapientissimo Dei consilio, per Prophetas, Christum ipsum, atque Apostolos, sub Veteri aequae atque sub Novo Testamento, est praedicata, et sacrarum deinde literarum monumentis commendata: ita et hodie in Ecclesia Dei, cui ea peculiariter est destinata, cum spiritu discretionis, religiose et sancte, suo loco et tempore, missa omni curiosa viarum Altissimi scrutatione, est proponenda, idque ad sanctissimi nominis divini gloriam, et vividum populi ipsius solatium.

XV.

Caeterum aeternam et gratuitam hanc electionis no-

stri gratiam eo vel maxime illustrat, nobisque commendat Scriptura Sacra, quod porro testatur, non omnes homines esse electos, sed quosdam non electos, sive in aeterna Dei electione praeteritos, quos scilicet Deus ex liberrimo, iustissimo, irreprehensibili, et immutabili beneplacito decrevit in communi miseria, in quam se sua culpa praecipitarunt, relinquere, nec salvifica fide et conversionis gratia donare, sed in viis suis, et sub iusto iudicio relictos, tandem non tantum propter infidelitatem, sed etiam caetera omnia peccata, ad declarationem iustitiae suae damnare, et aeternum punire. Atque hoc est decretum *reprobationis*, quod Deum neutiquam peccati authorem (quod cogitatu blasphemum est) sed tremendum, irreprehensibilem, et iustum iudicem ac vindicem constituit.

XVI.

Qui vivam in Christum fidem, seu certam cordis fiduciam, pacem conscientiae, studium filialis obedientiae, gloriationem in Deo per Christum, in se nondum efficaciter sentiunt, mediis tamen, per quae Deus ista se in nobis operaturum promisit, utuntur, ii ad reprobationis mentionem non consternari, nec se reprobis accensere, sed in usu mediorum diligenter pergere, ac horam uberioris gratiae ardentem desiderare et reverenter humiliterque expectare debent. Multo autem minus doctrina de reprobatione terreri debent ii, qui cum serio ad Deum converti, ei unice placere, et e corpore mortis eripi desiderant, in via tamen pietatis et fidei eo usque, quo volunt, pervenire nondum possunt, siquidem linum fumigans se non extin-

cturum, et arundinem quassatam se non fracturum, promisit misericors Deus. Iis autem haec doctrina merito terrori est, qui Dei et Servatoris Iesu Christi obliti, mundi curis et carnis voluptatibus se totos manciparunt, quamdiu ad Deum serio non convertuntur.

XVII.

Quandoquidem de voluntate Dei ex verbo ipsius nobis est iudicandum, quod testatur liberos fidelium esse sanctos, non quidem natura, sed beneficio foederis gratuiti, in quo illi cum parentibus comprehenduntur, pii parentes de electione et salute suorum liberorum, quos Deus in infantia ex hac vita evocat, dubitare non debent.

XVIII.

Adversus hanc gratuita electionis gratiam, et iustae reprobationis severitatem obmurmuranti, opponimus hoc apostolicum: *O homo! tu quis es qui ex adverso responsas Deo?* Rom. IX, 20. Et illud Servatoris ¹⁾ nostri, *An non licet mihi quod volo facere in meis?* Matth. XX, 15. Nos vero haec mysteria religiose adorantes, cum Apostolo exclamamus: *O profunditatem divitiarum tum sapientiae tum cognitionis Dei! Quam imperscrutabilia sunt Dei iudicia, et eius viae impervestigabiles! Quis enim cognovit mentem Domini? Aut quis fuit ei a consiliis? Aut quis prior dedit ei, ut reddatur ei? Nam ex eo, et per eum, et in eo* ²⁾ *sunt omnia. Ipsi sit gloria in saecula. Amen.* Rom. XI, 33. 34. 35. 36.

¹⁾ *Servatoris]* Niem. vitio typogr.: *Servatori.* ²⁾ *eo]* Recte Niem. : *eum.*

REIECTIO ERRORUM,
QUIBUS
ECCLESIAE BELGICAE SUNT ALIQUAMDIU
PERTURBATAE.

*Exposita doctrina Orthodoxa de Electione et Re-
probatione, Synodus reiicit Errores eorum.*

I.

QUI docent, »Voluntatem Dei de servandis credituris, et in fide fideique obedientia perseveraturis, esse totum et integrum electionis ad salutem decretum; nec quicquam aliud de hoc decreto in verbo Dei esse revelatum.» Hi enim simplicioribus imponunt, et Scripturae sacrae manifeste contradicunt, testanti Deum non tantum servare velle credituros, sed etiam certos quosdam homines ab aeterno elegisse, quos prae aliis in tempore fide in Christum et perseverantia donaret; sicut scriptum est, *Manifestum feci nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi.* Ioh. XVII, 6. Item, *Crediderunt quotquot ordinati erant ad vitam aeternam.* Actor. XIII, 48. Et, *Elegit nos ante iacta mundi fundamenta, ut essemus sancti,* etc. Ephes. I, 4.

II.

Qui docent: »Electionem Dei ad vitam aeternam esse multiplicem; aliam generalem et indefinitam; aliam singularem et definitam; et hanc rursus vel in-

completam, revocabilem, non peremptoriam, sive conditionatam: vel completam, irrevocabilem, peremptoriam, seu absolutam.” Item, »Aliam electionem esse ad fidem, aliam ad salutem; ita ut electio ad fidem iustificantem absque electione peremptoria ad salutem esse possit.” Hoc enim est humani cerebri commentum extra Scripturas excogitatum, doctrinam de electione corrumpens, et auream hanc salutis catenam dissolvens: *Quos praedestinavit, eos etiam vocavit; et quos vocavit, eos etiam iustificavit; quos autem iustificavit, eos etiam glorificavit.* Rom. VIII, 30.

III.

Qui docent: »Dei beneplacitum ac propositum, cuius Scriptura meminit in doctrina electionis, non consistere in eo, quod Deus certos quosdam homines prae aliis elegerit, sed in eo, quod Deus ex omnibus possibilibus conditionibus (inter quas etiam sunt opera legis) sive ex omnium rerum ordine, actum fidei, in sese ignobilem, et obedientiam fidei imperfectam, in salutis conditionem elegerit; eamque gratiose pro perfecta obedientia reputare, et vitae aeternae praemio dignam censere voluerit.” Hoc enim errore pernicioso beneplacitum Dei et meritum Christi enervatur, et homines inutilibus quaestionibus a veritate iustificationis gratuita, et simplicitate Scripturarum avocantur; illudque Apostoli falsi arguitur: *Deus nos vocavit vocatione sancta; non ex operibus, sed ex suo proposito et gratia, quae data est nobis in Christo Iesu ante tempora saeculorum.* 2 Tim. I, 9.

IV.

Qui docent: »In electione ad fidem hanc conditionem praerquiri, ut homo lumine naturae recte utatur, sit probus, parvus, humilis, et ad vitam aeternam dispositus, quasi ab istis electio aliquatenus pendeat.» Pelagium enim sapiunt, et minime obscure falsi insimulant Apostolum ¹⁾ scribentem: *Versati sumus olim in cupiditatibus carnis nostrae, facientes quae carni et cogitationibus libebant, eramusque natura filii irae, ut et reliqui. Sed Deus, qui dives est misericordia, propter multam charitatem suam, qua dilexit nos, etiam nos cum in offensis mortui essemus, una vivificavit cum Christo, cuius gratia estis servati, unaque suscitavit, unaque collocavit in coelis in Christo Iesu; ut ostenderet in seculis supervenientibus supereminentes illas opes suae gratiae, pro sua erga nos benignitate in Christo Iesu. Gratia enim estis servati per fidem, (et hoc non ex vobis, Dei donum est) non ex operibus, ut ne quis gloriatur. Ephes. II, 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.*

¹⁾ Niem. vitio typogr. *Apostolorum.*

V.

Qui docent: »Electionem singularium personarum ad salutem, incompletam et non peremptoriam, factam esse ex praevisa fide, resipiscentia, sanctitate et pietate inchoata, aut aliquamdiu continuata: completam vero et peremptoriam ex praevisae fidei, resipiscentiae, sanctitatis, et pietatis finali perseverantia: et hanc esse gratiosam et evangelicam dignitatem, propter quam

qui eligitur dignior sit illo qui non eligitur: ac proinde fidem, fidei obedientiam, sanctitatem, pietatem, et perseverantiam non esse fructus sive effectus electionis immutabilis ad gloriam, sed condiciones, et causas sine quibus non, in eligendis complete praerequisitas, et praevisas, tanquam praestitas." Id quod toti Scripturae repugnat, quae haec et alia dicta passim auribus et cordibus nostris ingerit: *Electio non est ex operibus, sed ex vocante.* Rom. IX, 11. *Credabant quotquot ordinati erant ad vitam aeternam.* Actor. XIII, 48. *Elegit nos in semetipso ut sancti essemus.* Ephes. I, 4. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Ioh. XV, 16. *Si ex gratia, non ex operibus.* Rom. XI, 6. *In hoc est charitas, non quod nos dilexerimus Deum, sed quod ipse dilexit nos, et misit Filium suum.* 1 Iohan. IV, 10.

VI.

Qui docent: »Non omnem electionem ad salutem immutabilem esse, sed quosdam electos, nullo Dei decreto obstante, perire posse et aeternum perire." Quo crasso errore et *Deum* mutabilem faciunt, et consolationem piorum de electionis suae constantia subvertunt, et Scripturis sacris contradicunt docentibus, *Electos non posse seduci:* Matth. XXIV, 24. *Christum datos sibi a Patre non perdere:* Iohan. VI, 39. *Deum quos praedestinavit, vocavit et iustificavit, eos etiam glorificare.* Rom. VIII, 30.

VII.

Qui docent: »Electionis immutabilis ad gloriam nul-

lum in hac vita esse fructum, nullum sensum, nullam certitudinem, nisi ex conditione mutabili et contingente." Praeterquam enim quod absurdum sit ponere certitudinem incertam, adversantur haec experientiae sanctorum, qui cum Apostolo ex sensu electionis sui ¹⁾ exultant, Deique hoc beneficium celebrant, qui *gaudent* cum discipulis, secundum Christi admonitionem, *quod nomina sua scripta sunt in coelis*. Luc. X, 20., qui sensum denique electionis ignitis tentationum diabolicarum telis opponunt, quaerentes, *Quis intabit crimina adversus electos Dei?* Rom. VIII, 33.

¹⁾ Aug. suae.

VIII.

Qui docent: »Deum neminem ex mera iusta sua voluntate decrevisse in lapsu Adae et in communi peccati et damnationis statu relinquere, aut in gratiae ad fidem et conversionem necessariae communicatione praeterire." Stat enim illud, *Quorum vult, misereatur; quos vult, indurat*. Rom. IX, 18. Et illud, *Vobis datum est nosse mysteria regni coelorum, illis autem non est datum*. Matth. XIII, 11. Item, *Glorifico te, Pater, Domine coeli et terrae, quod haec occultaveris sapientibus et intelligentibus, et ea detexeris infantibus: etiam, Pater, quia ita placuit tibi*. Matth. XI, 25. 26.

IX.

Qui docent: »Causam cur Deus ad hanc potius, quam ad aliam gentem Evangelium mittat, non esse merum et solum Dei beneplacitum, sed quod haec gens melior et dignior sit ea, cui Evangelium non com-

municatur.” Reclamat enim Moses, populum Israeli-
ticum sic alloquens, *Et* ¹⁾ *Iehovae Dei* ²⁾ *sunt coeli,*
et coeli coelorum, terra, et quicquid est in ea:
Tantum in maiores tuos propensus fuit amore Ie-
hova, diligendo eos; unde selegit semen eorum post
eos, vos inquam, prae omnibus populis, sicut est
hodie. Deut. X, 14. 15. Et Christus: Vae tibi Cho-
razin, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro et Si-
done factae essent virtutes illae, quae in vobis fa-
ctae sunt, in sacco et cinere olim poenitentiam
egissent! Matth. XI, 21.

1) *Et]* Niem.: *En.* 2) Niem. add.: *tui.*

Ita nos sentire et iudicare, manuum nostrarum sub-
scriptione testamur.

Iohannes Bogermannus, Pastor Ecclesiae Leo-
verdiensis et Synodi Praeses.

Iacobus Rolandus, Pastor Ecclesiae Amsteloda-
mensis et Praesidis Assessor.

Hermannus Faukelius, Pastor Ecclesiae Mid-
delburgensis et Praesidis Assessor.

Sebastianus Damman, Pastor Ecclesiae Zut-
phaniensis et Synodi Scriba.

Festus Hommius, Pastor Ecclesiae Leydensis
et Synodi Scriba.

EX MAGNA BRITANNIA.

Georgius Episcopus Landavensis.

Iohannes Davenantius, Presbyter; Doctor ac

Sacrae Theologiae publicus Professor in Academia Cantabrigiensi et Collegii Reginalis ibidem Praeses.

Samuel Wardus, Presbyter, SS. Theologiae Doctor, Archidiaconus Fauntonnensis, et Collegii Sidneyani in Academia Cantabrigiensi Praefectus.

Thomas Goadus, Presbyter, SS. Theologiae Doctor, Cathedralis Ecclesiae Paulinae Londinensis Praeceptor.

Gualterus Balcanquallus, Scoto-Britannus, Presbyter, S. Theologiae Baccalaureus.

EX PALATINATU ¹⁾ ELECTORALI.

¹⁾ Niem. : *Ex electorali Palatinatu.*

Abrahamus Scultetus, S. Theologiae Doctor et Professor in Academia Heydelbergensi.

Paulus Tossanus, S. Theologiae Doctor, et Consiliarius in Senatu Ecclesiastico inferioris Palatinatus.

Henricus Altingius, S. Theologiae Doctor et Professor in Academia Heydelbergensi.

EX HASSIA.

Georgius Cruciger, S. Theologiae Doctor, Professor, et pro tempore Rector Academiae Marpurgensis.

Paulus Steinius, Concionator Aulicus et S. Theologiae in Collegio Nobilitatis Adelphico Mauritano Professor, Cassellis.

Daniel Angelocrator, Ecclesiae Marpurgensis Pastor, et vicinarum ad Lanum et Aederam Superintendens.

Rodolphus Goelenius Senior, Philosophiae purioris in Academia Marpurgensi Antecessor primarius, et nunc Decanus.

EX HELVETIA.

Ioannes Iacobus Breytingerus, Ecclesiae Tigurinae Pastor.

Marcus Rutimeyerus, S. Theologiae Doctor et Ecclesiae Bernensis Minister.

Sebastianus Beckius, SS. Theologiae Doctor, et Novi Testamenti Professor in Academia Basiliensi, ibidemque Facultatis Theologicae Decanus.

Wolfgangus Mayerus, SS. Theologiae Doctor, Ecclesiae Basiliensis Pastor.

Iohannes Conradus Kochius, Ecclesiae Schaphusianae Minister.

A CORRESPONDENTIA WEDDERAVICA.

Iohannes Henricus Alstedius, in Illustri Schola Nassovica, quae est Herbornae, Professor ordinarius.

Georgius Fabricius, Ecclesiae Windeccensis in Comitatu Hannovico ¹⁾ Pastor, et vicinarum Inspector.

¹⁾ Niem.: Hanovico.

EX REPUBLICA ET ECCLESIA GENEVENSIS.

Iohannes Deodatus, in Ecclesia Genevensi Pastor, et in eadem Schola SS. Theologiae Professor.

Theodorus Tronchinus, Divini verbi Minister in Ecclesia Genevensi, et ibidem SS. Theologiae Professor.

EX REPUBLICA ET ECCLESIA BREMENSIS.

Matthias Martinius, Illustris Scholae Bremensis Rector, et in ea Divinarum literarum Professor.

Henricus Isselburg, SS. Theologiae Doctor, in Bremensi Ecclesia ad B. Virginis Iesu Christi servus et in Schola Novi Testamenti Professor.

Ludovicus Crocius, SS. Theologiae Doctor, Ecclesiae Bremensis ad S. Martini Pastor, et in Illustri Schola Veteris Testamenti et Philosophiae practicae Professor.

EX REPUBLICA ET ECCLESIA EMBDANA¹⁾.

Daniel Bernardus Elishemius²⁾, Embdanae³⁾ Ecclesiae Pastor Senior.

Ritzius Lucas Grimershemius, Embdanae³⁾ Ecclesiae Pastor.

1) Niem. Emdana. 2) Niem. Eilshemius. 3) Niem. Emdanae.

SS. THEOLOGIAE PROFESSORES BELGICI.

Iohannes Polyander, SS. Theologiae Doctor, atque in Academia Leydensi Professor.

Sibrandus Lubbertus¹⁾, SS. Theologiae Doctor, et Professor in Academia Frisiorum.

Franciscus Gomarus, Sacrosanctae Theologiae Doctor, et Professor in Academia Groningae et Omlandiae.

Antonius Thysius²⁾, Sacrae Theologiae in Illustri Schola Geldro-Velavica, quae est Hardervici, Professor.

Antonius Walaeus, Pastor Ecclesiae Middelbur-

gensis, et ex eiusdem urbis Illustri Schola inter Theologos ad Synodum evocatus.

1) Niem. *Lubertus.* 2) Niem. *Tysius.*

**EX DUCATU GELDRIAE, ET COMITATU
ZUTPHANIENSI 1).**

1) Niem. *Zutphaniae.*

Guilielmus Stephani, SS. Theologiae Doctor, et Arnhemiensis Ecclesiae Pastor.

Ellardus à Mehen, Ecclesiae Hardrovicenae Pastor.

Iohannes Bouillet, Pastor Ecclesiae Warnsfeldensis.

Iacobus Verheyden Senior, Ecclesiae Novioma-gensis et Scholae Rector.

EX HOLLANDIA AUSTRALI.

Balthasar Lydius, M. F. Pastor Ecclesiae Dei in urbe Dordrecht.

Henricus Arnoldi, Ecclesiastes Delphensis.

Gisbertus Voetius, Ecclesiae Heusdanae Pastor.

Arnoldus Musius ab Holy, Baillivus Suyd-Hollandiae; Senior Ecclesiae Dordrechtanae.

Iohannes de Laet, Senior Ecclesiae Leydensis.

EX HOLLANDIA BOREALI.

Iacobus Triglandius, Pastor Ecclesiae Amstelo-damensis.

Abrahamus a Doreslaer, Pastor Ecclesiae En-chusanae.

Samuel Bartholdus, Pastor Ecclesiae Monachodammensis.

Theodorus Heyngius, Senior Ecclesiae Amstelodamensis.

Dominicus ab Heemskerck, Senior Ecclesiae Amstelodamensis.

EX ZELANDIA.

Godefridus Udemannus, Pastor Ecclesiae Ziericzeanae.

Cornelius Regius, Ecclesiae Goesanae Pastor.

Lambertus de Rycke, Ecclesiae Bergizomianae Pastor.

Iosias Vosbergius, Senior Ecclesiae Middelburgensis.

Adrianus Hofferus, urbis Ziriczaeae Senator, et Ecclesiae ibidem Senior.

EX PROVINCIA ULTRAIECTINA.

Iohannes Dibbezius, Pastor Dordracenus, Synodi Orthodoxae Ultraiectinae Deputatus.

Arnoldus Oortcampius, Ecclesiae Amersfortianae Pastor.

EX FRISIA.

Florentius Iohannis¹⁾, Iesu Christi crucifixi Servus in Ecclesia Snecana.

Philippus Danielis Eilshemius, Pastor Ecclesiae Harlingensis.

Kempo Harinxma a Donia, Senior Ecclesiae Leoverdiensis.

Tacitus ab Aysma, Senior Ecclesiae in Buirgirdt ²⁾, *Hichtum, et Hartwardt.*

1) Niem. Iohannes. 2) Niem. Buirgirt.

EX TRANSISULANIA ¹⁾.

Casparus Sibellius ²⁾, *Pastor Ecclesiae Daven-
triensis.*

*Hermannus Wiferdingius, Ecclesiae Swollanae
in Evangelio Christi Minister.*

Hieronymus Vogelius ³⁾, *Hasseltanae Ecclesiae
Pastor, tempore deputationis inserviens Ecclesiae
Orthodoxae Campensi.*

Iohannes Langius, Ecclesiastes Vollenhovianus.

Wilhelmus a Broickhuysen ⁴⁾ *ten Doerne, tan-
quam Senior deputatus.*

Iohannes a Lauwick, tanquam Senior deputatus.

1) Niem. Transisulania. 2) Niem. Sibellius. 3) Niem. Vogel-
lius. 4) Niem. Broeckhuysen

EX CIVITATE GRONINGENSI ¹⁾, ET OMLANDIIS.

1) Niem. Groningana.

*Cornelius Hillenius, Servus Iesu Christi in
Ecclesia Groningana.*

*Georgius Placius, Pastor Ecclesiae Appinga-
dammonensis.*

*Wolfgangus Agricola, Pastor Ecclesiae Bedu-
manae.*

*Wigboldus Homerus, Ecclesiae Midwoldanae
Pastor.*

Egbertus Halbes, Ecclesiae Groninganae Senior.

Iohannes Rufelaert, Senior Ecclesiae Stedumanae.

EX DRENTIA.

*Themo ab Asscheberg, Pastor Ecclesiae Mep-
pelensis.*

*Patroclus Romelingius, Pastor Ecclesiae Rhui-
nensis.*

EX ECCLESIIS GALLO-BELGICIS.

*Daniel Colonius, Pastor Ecclesiae Leydensis,
et Regens Collegii Gallo-Belgici in Academia
Leydensi.*

*Ioannis ¹⁾ Crucius, Pastor Ecclesiae Haerle-
mensis.*

*Ioannis ¹⁾ Doucher, Pastor Ecclesiae Flissin-
ganae.*

*Ieremias de Pours, Ecclesiae Gallo-Belgicae
Middelburgensis Pastor.*

*Everardus Beckerus, Senior Ecclesiae Gallo-
Belgicae Middelburgensis.*

*Petrus Pontanus, Senior Ecclesiae Amsteloda-
mensis.*

¹⁾ Niem. Iohannes.

SECUNDUM DOCTRINAE CAPUT,

DE

MORTE CHRISTI

ET

HOMINUM PER EAM REDEMPTIONE.

Articulus primus.

DEUS non tantum est summe misericors, sed etiam

summe iustus. Postulat autem eius iustitia (prout se in verbo revelavit), ut peccata nostra, adversus infinitam eius maiestatem commissa, non tantum temporalibus, sed etiam aeternis, tum animi, tum corporis, poenis puniantur: quas poenas effugere non possumus, nisi iustitiae Dei satisfiat.

II.

Cum vero ipsi satisfacere, et ab ira Dei nos liberare non possimus, Deus ex immensa misericordia, Filium suum unigenitum nobis Sponsorem dedit, qui, ut pro nobis satisfaceret, peccatum et maledictio in cruce pro nobis, seu vice nostra, factus est.

III.

Haec mors Filii Dei est unica et perfectissima pro peccatis victima et satisfactio, infiniti valoris et pretii, abunde sufficiens ad totius mundi peccata expianda.

IV.

Ideo autem haec mors tanti est valoris et pretii, quia persona, quae eam subiit, non tantum est verus et perfecte sanctus homo, sed etiam unigenitus Dei Filius, eiusdem aeternae et infinitae cum Patre et Spiritu S. essentiae, qualem nostrum Servatorem esse oportebat. Deinde, quia mors ipsius fuit coniuncta cum sensu irae Dei et maledictionis, quam nos peccatis nostris eramus commeriti.

V.

Caeterum promissio Evangelii est, ut quisquis cre-

dit in Christum crucifixum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Quae promissio omnibus populis et hominibus, ad quos Deus pro suo beneplacito mittit Evangelium, promiscue et indiscriminatim annuntiari et proponi debet cum resipiscentiae et fidei mandato.

VI.

Quod autem multi per Evangelium vocati non resipiscunt, nec in Christum credunt, sed infidelitate pereunt, non fit ¹⁾ hostiae CHRISTI in cruce oblatae defectu, vel insufficientia, sed propria ipsorum culpa.

¹⁾ Niem. add.: *hoc*

VII.

Quotquot autem vere credunt, et per mortem CHRISTI a peccatis, et interitu liberantur ac servantur, illis hoc beneficium, ex sola Dei gratia, quam nemini debet, ab aeterno ipsis in CHRISTO data, obtingit.

VIII.

Fuit enim hoc Dei Patris liberrimum consilium, et gratiosissima voluntas atque intentio, ut mortis pretiosissimae Filii sui vivifica et salvifica efficacia sese exereret in omnibus electis, ad eos solos fide iustificante donandos, et per eam ad salutem infallibiliter perducendos: hoc est, voluit Deus, ut Christus per sanguinem crucis (quo novum foedus confirmavit) ex omni populo, tribu, gente, et lingua, eos omnes et solos, qui ab aeterno ad salutem electi, et a Patre ipsi dati sunt, efficaciter redimeret, fide (quam, ut et alia

Spiritus Sancti salvifica dona, ipsis morte sua acquisivit) donaret, ab omnibus peccatis, tum originali, tum actualibus, tam post, quam ante fidem commissis, sanguine suo mundaret, ad finem usque fideliter custodiret; tandemque absque omni labe et macula gloriosos coram se sisteret.

XI.

Hoc consilium, ex aeterno erga electos amore perfectum ab initio mundi in praesens usque tempus, frustra obnitentibus inferorum portis; potenter impletum fuit, et deinceps quoque implebitur: ita quidem ut electi suis temporibus in unum colligantur, et semper sit aliqua credentium Ecclesia in sanguine Christi fundata; quae illum Servatorem suum, qui pro ea, tanquam Sponsus pro sponsa, animam suam in cruce exposuit, constanter diligit, perseveranter colat, atque hic et in omnem aeternitatem celebret.

REIECTIO ERRORUM.

Exposita doctrina orthodoxa, reiicit Synodus errores eorum:

I.

Qui docent, »Quod Deus Pater Filium suum in »mortem crucis destinaverit, sine certo ac definito »consilio quemquam nominatim salvandi, adeo ut impetrationi mortis Christi sua necessitas, utilitas, dignitas sarta tecta, et numeris suis perfecta, completa

»atque integra constare potuisset, étiamsi impetrata
 »redemptio nulli individuo unquam actu ipso fuisset
 »applicata.” Haec enim assertio, in Dei Patris sa-
 pientiam meritumque Iesu Christi contumeliosa, et
 Scripturae contraria est. Sic enim ait Servator: *Ego*
animam pono pro ovibus, et agnosco eas. Iohan. X,
 15. 27 ¹⁾. Et de Servatore Esaias propheta: *Cum*
posuerit se sacrificium pro reatu, videbit semen,
prolongabit dies, et voluntas Iehovae in manu eius
prosperabitur. Esai. LIII, 10. Denique articulum
 Fidei, quo Ecclesiam credimus, evertit.

1) 27] Recte Niém. ed. 17.

II.

Qui docent, »Non fuisse hunc finem mortis Christi,
 »ut novum gratiae foedus suo sanguine reipsa sanciret,
 »sed tantum, ut nudum ius Patri acquireret, quod-
 »cunque foedus, vel gratiae, vel operum, cum homi-
 »nibus denuo ineundi.” Hoc enim repugnat Scripturae,
 quae docet, Christum *melioris*, id est, novi *foederis*
Sponsorem et Mediatorem factum esse. Hebr. VII,
 22. Et, *Testamentum in mortuis demum ratum esse.*
 Hebr. IX, 15. 17.

III.

Qui docent, »Christum per suam satisfactionem,
 »nullis certo meruisse ipsam salutem et fidem, qua
 »haec Christi satisfactio ad salutem efficaciter appli-
 »cetur, sed tantum Patri acquisivisse potestatem vel
 »plenariam voluntatem, de novo cum hominibus a-
 »gendi, et novas, quascunque vellet condiciones, prae-

»scribendi, quarum praestatio a libero hominis arbitrio pendeat, atque ideo fieri potuisse, ut vel nemo, vel omnes eas implerent.” Hi enim de morte Christi nimis abiecte sentiunt, primum fructum seu beneficium: per eam partum nullatenus agnoscunt, et Pelagianum errorem ab inferis revocant.

IV.

Qui docent, »Foedus illud novum gratiae, quod »Deus Pater, per mortis Christi interventum cum hominibus pepigit, non in eo consistere, quod per fidem, quatenus meritum Christi apprehendit, coram »Deo iustificemur et salvemur; sed in hoc, quod »Deus, abrogata perfectae obedientiae legalis exactione, »fidem ipsam et fidei obedientiam imperfectam, pro »perfecta legis obedientia reputet, et vitae aeternae »praemio gratiose dignam censeat.” Hi enim contradicunt Scripturae, *Iustificantur gratis, eius gratia, per redemptionem factam in Iesu Christo, quem proposuit Deus placamentum per fidem in sanguine eius.* Rom. III, 24. 25. Et cum impio Socino, novam et peregrinam hominis coram Deo iustificationem, contra totius Ecclesiae consensum, inducunt.

V.

Qui docent: »Omnes homines in statum reconciliationis et gratiam foederis esse assumptos, ita ut nemo »propter peccatum originale sit damnationi obnoxius »aut damnandus, sed omnes ab istius peccati reatu »sint immunes.” Haec enim sententia repugnat Scripturae, affirmanti *nos natura esse filios irae.*

VI.

Qui impetrationis et applicationis distinctionem usurpant, ut incautis et imperitis hanc opinionem instillent: Deum, quantum ad se attinet, omnibus hominibus ex aequo ea beneficia voluisse conferre, quae per mortem Christi acquiruntur; quod autem quidam prae aliis participes fiant remissionis peccatorum, et vitae aeternae, discrimen illud pendere ex libero eorum arbitrio, se ad gratiam indifferenter oblatam applicante, non autem ex singulari misericordiae dono, efficaciter in illis operante, ut prae aliis gratiam illam sibi applicent. Nam isti, dum simulant se distinctionem hanc sano sensu proponere, populo perniciosum Pelagianismi venenum conantur propinare.

VII.

Qui docent: »CHRISTUM pro iis, quos DEUS »summe dilexit, et ad vitam aeternam elegit, mori »nec potuisse, nec debuisse, nec mortuum esse, cum »talibus morte CHRISTI non sit opus.» Contradicunt enim Apostolo dicenti: *Christus dilexit me, et tradidit seipsum pro me.* Gal. II, 20. Item: *Quis est, qui crimina intentet adversus electos DEI? DEUS est is, qui iustificat. Quis est qui condemnet? CHRISTUS est, qui mortuus est,* Rom. VIII, 33 ¹⁾. nimirum, pro illis. Et Salvatori asseveranti: *Ego pono animam meam pro ovibus meis,* Iohan. X, vers. 15. Et, *Hoc est praeceptum meum, ut diligatis alii alios, sicut ego dilexi vos. Maiorem di-*

lectionem nemo habet, quam ut ponat animam suam pro amicis. Iohan. XV, vers. 12. 13.

Huic capiti eadem quae prius subscribuntur nomina.

1) Niem. recte add.: 34.

TERTIUM ET QUARTUM DOCTRINAE CAPUT,

DE

HOMINIS CORRUPTIONE,

ET

CONVERSIONE AD DEUM EIUSQUE MODO.

Articulus primus.

HOMO ab initio ad imaginem **DEI** conditus, vera et salutari sui Creatoris et rerum spiritualium notitia in mente, et iustitia in voluntate et corde, puritate in omnibus affectibus exornatus, adeoque totus sanctus fuit; sed Diaboli instinctu, et libera sua voluntate a **Deo** desciscens, eximiis istis donis seipsum orbavit: atque e contrario eorum loco coecitatem, horribiles tenebras, vanitatem, ac perversitatem iudicii in mente, malitiam, rebellionem, ac duritiam in voluntate et corde, impuritatem denique in omnibus affectibus contraxit.

II.

Qualis autem post lapsum fuit homo, tales et liberos procreavit, corruptus nempe ¹⁾ corruptos: corruptione ab Adamo in omnes posteros, solo Christo ex-

cepto, non per imitationem (quod Pelagiani olim voverunt), sed per vitiosae naturae propagationem iusto Dei iudicio, derivata.

1) Niem. : *nempe corruptus.* 2) *solo Christo excepto*] Niem. uncis incl.

III.

Itaque omnes homines in peccato concipiuntur, et filii irae nascuntur, inepti ad omne bonum salutare, propensi ad malum, in peccatis mortui, et peccati servi; et absque Spiritus Sancti regenerantis gratia, ad Deum redire, naturam depravatam corrigere, vel ad eius correctionem se disponere nec volunt, nec possunt.

IV.

Residuum quidem est post lapsum in homine lumen aliquod naturae, cuius beneficio ille notitias quasdam de Deo, de rebus naturalibus, de discrimine honestorum et turpium retinet, et aliquod virtutis ac disciplinae externae studium ostendit: sed tantum abest, ut hoc naturae lumine ad salutarem Dei cognitionem pervenire, et ad eum se convertere possit, ut ne quidem eo in naturalibus ac civilibus recte utatur, quinimo quaecumque id demum sit, id totum variis modis contaminet, atque in iniustitia detineat, quod dum facit, coram Deo inexcusabilis redditur.

V.

Quae luminis naturae, eadem hic ¹⁾ Decalogi per Mosen a Deo Iudaeis peculiariter traditi est ratio:

cum enim is magnitudinem quidem peccati retegat, eiusque hominem magis ac magis reum peragat, sed nec remedium exhibeat, nec vires emergendi ex miseria conferat, adeoque per carnem infirmatus transgressorem in 2) maledictione relinquat, non potest homo per eum salutarem gratiam obtinere.

1) *hic*] Niem. : *haec.*³ 2) *in*] om. Niem.

VI.

Quod igitur nec lumen naturae, nec lex potest, id Spiritus Sancti virtute praestat Deus, per sermonem, sive ministerium reconciliationis, quod est Evangelium de Messia, per quod placuit Deo homines credentes, tam in Veteri, quam in Novo Testamento, servare.

VII.

Hoc voluntatis suae mysterium Deus in Veteri Testamento paucioribus patefecit, in Novo Testamento pluribus, sublato iam populorum discrimine, manifestat. Cuius dispensationis causa, non in gentis unius prae alia dignitate, aut meliore luminis naturae usu, sed in liberrimo beneplacito, et gratuita dilectione DEI est collocanda. Unde illi, quibus praeter et contra omne meritum tanta fit gratia, eam humili et grato corde agnoscere, in reliquis autem, quibus ea gratia non fit, severitatem et iustitiam iudiciorum DEI cum Apostolo adorare, nequaquam vero curiose scrutari debent.

VIII.

Quotquot autem per Evangelium vocantur, serio

vocantur. Serio enim et verissime ostendit **DEUS** verbo suo, quid sibi gratum sit, nimirum, ut vocati ad se veniant. Serio etiam omnibus ad se venientibus et credentibus requiem animarum et vitam aeternam promittit.

IX.

Quod multi per ministerium Evangelii vocati, non veniunt et non convertuntur, huius culpa non est in Evangelio, nec in Christo per Evangelium oblato, nec in Deo per Evangelium vocante, et dona etiam varia iis conferente, sed in vocatis ipsis, quorum aliqui verbum ¹⁾ vitae non admittunt securi; alii admittunt quidem, sed non in cor immittunt, ideoque post evanidum fidei temporariae gaudium resiliunt; alii spinis curarum et voluptatibus saeculi semen verbi suffocant, fructusque nullos proferunt; quod Servator noster seminis parabola docet, Matth. cap. XIII.

¹⁾ Niem. add.: *Dei*.

X.

Quod autem alii, per ministerium Evangelii vocati, veniunt et convertuntur, id non est adscribendum homini, tanquam seipsum per liberum arbitrium ab aliis pari vel sufficiente gratia ad fidem et conversionem instructis discernenti, (quod superba Pelagii haeresis statuit) sed Deo, qui, ut suos ab aeterno in Christo elegit, ita eosdem in tempore efficaciter vocat, fide et resipiscentia donat, et e potestate tenebrarum erutos, in Filii sui regnum transfert, ut virtutes eius, qui ipsos e tenebris in admirandam hanc lucem vocavit,

praedicent, et non in se, sed in Domino glorientur, Scriptura apostolica passim id testante.

XI.

Cacterum, quando Deus hoc suum beneplacitum in electis exequitur, seu veram in iis conversionem operatur, non tantum Evangelium illis externe praedicari curat, et mentem eorum per Spiritum Sanctum potenter illuminat, ut recte intelligant et diiudicent quae sunt Spiritus Dei, sed eiusdem etiam Spiritus regenerantis efficacia ad intima hominis penetrat, cor clausum aperit, durum emollit, praeputiatum circumcidit, voluntati novas qualitates infundit, facitque eam ex mortua vivam, ex mala bonam, ex nolente volentem, ex refractaria morigeram, agitque et roborat eam, ut, cœu arbor bona, fructus bonarum actionum proferre possit.

XII.

Atque haec est illa tantopere in Scripturis praedicata regeneratio, nova creatio, suscitatio e mortuis, et vivificatio, quam Deus sine nobis, in nobis operatur. Ea autem neutiquam fit per solam forinsecus insonantem doctrinam, moralem suasionem, vel talem operandi rationem, ut post Dei (quoad ipsum) operationem, in hominis potestate maneat regenerari vel non regenerari, converti vel non converti; sed est plane supernaturalis, potentissima simul et suavissima, mirabilis, arcana, et ineffabilis operatio, virtute sua, secundum Scripturam (quae ab Authore huius operationis est inspirata) nec creatione, nec mortuorum resurrectione minor, aut inferior, adeo ut omnes illi,

in quorum cordibus admirando hoc modo Deus operatur, certo, infallibiliter et efficaciter regenerentur, et actu credant. Atque tum voluntas iam renovata, non tantum agitur et movetur a Deo, sed a Deo acta, agit et ipsa. Quamobrem etiam homo ipse per gratiam istam acceptam credere et respiscere recte dicitur.

XIII.

Modum huius operationis fideles in hac vita plene comprehendere non possunt; in eo interim acquiescentes, quod per istam DEI gratiam, se corde credere, et Servatorem suum diligere sciant ac sentiant.

XIV.

Sic ergo fides Dei donum est, non eo quod a Deo hominis arbitrio offeratur, sed quod homini reipsa conferatur, inspiretur et infundatur. Non etiam, quod Deus potentiam credendi tantum conferat, consensum vero seu actum credendi ab hominis deinde arbitrio expectet, sed, quod et velle credere, et ipsum credere in homine is efficiat, qui operatur et velle et facere, adeoque omnia operatur in omnibus.

XV.

Hanc gratiam DEUS nemini debet. Quid enim debeat ei, qui prior dare nihil potest, ut ei retribuatur? Imo quid debeat ei, qui de suo nihil habet, praeter peccatum et mendacium? Qui ergo gratiam illam accipit, soli Deo aeternas debet et agit gratias; qui illam non accipit, is aut haec spiritualia omnino non curat, et in suo sibi placet: aut securus se habere inaniter

gloriatur, quod non habet. Porro de iis, qui externe fidem profitentur, et vitam emendant, optime secundum exemplum Apostolorum iudicandum et loquendum est, penetralia enim cordium nobis sunt incomperta. Pro aliis autem, qui nondum sunt vocati, orandus est Deus, qui quae non sunt vocat tanquam sint. Neutiquam vero adversus eos est superbiendum, ac si nosmetipsos discrevissemus.

XVI.

Sicuti vero per lapsum homo non desiit esse homo, intellectu et voluntate praeditus, nec peccatum, quod universum genus humanum pervasit, naturam generis humani sustulit, sed depravavit, et spiritualiter occidit; ita etiam haec divina regenerationis gratia, non agit in hominibus tanquam truncis et stipitibus, nec voluntatem eiusque proprietates tollit, aut vitam violenter cogit, sed spiritualiter vivificat, sanat, corrigit, suaviter simul ac potenter flectit: ut ubi antea plene dominabatur carnis rebellio et resistentia, nunc regnare incipiat prompta, ac sincera Spiritus obedientia; in quo vera et spiritualis nostrae voluntatis instauratio et libertas consistit. Qua ratione nisi admirabilis ille omnis boni opifex nobiscum ageret, nulla spes esset homini surgendi e lapsu per liberum arbitrium, per quod se, cum staret, praecipitavit in exitium.

XVII.

Quemadmodum etiam omnipotens illa Dei operatio, qua vitam hanc nostram naturalem producit et su-

stentat, non excludit, sed requirit usum mediorum; per quae Deus pro infinita sua sapientia et bonitate virtutem istam suam exercere voluit: ita et haec praedicta supernaturalis DEI operatio, qua nos regenerat, neququam excludit, aut evertit usum Evangelii, quod sapientissimus DEUS in semen regenerationis, et cibum animae ordinavit. Quare, ut Apostoli, et qui eos secuti sunt doctores, de gratia hac DEI ad eius gloriam et omnis superbiae depressionem, pie populum docuerunt, neque tamen interim sanctis Evangelii monitis, sub verbi, sacramentorum, et disciplinae exercitio, eum continere neglexerint: sic etiamnum, absit, ut docentes aut discentes in Ecclesia DEUM tentare praesumant, ea separando, quae DEUS pro suo beneplacito voluit esse coniunctissima. Per monita enim confertur gratia, et quo nos officium nostrum facimus promptius, hoc ipso Dei in nobis operantis beneficium solet esse illustrius, rectissimeque eius opus procedit. Cui soli omnis, et mediorum, et salutaris eorum fructus atque efficaciae debetur gloria in secula. Amen.

REIECTIO ERRORUM:

*Exposita doctrina orthodoxa, Synodus reiicit
errores eorum:*

I.

QUI docent: »Proprie dici non posse, quod peccatum originis per se sufficit toti generi humano

»condemnando, aut temporales et aeternas poenas pro-
 »merendo.” Contradicunt enim Apostolo, dicenti Rom.
 V, vers. 12: *Per unum hominẽm peccatum in mun-*
dum introiit, ac per peccatum mors, et ita in omnes
homines mors transiit, in quo omnes peccaverunt.
 Et vers 16: *Reatus ex uno introiit ad condemnatio-*
nem. Item, Rom. VI, vers. 23: *Peccati stipendium*
mors est.

II.

Qui docent: »Dona spiritualia, sive habitus bonos,
 »et virtutes, ut sunt bonitas, sanctitas, iustitia, in
 »voluntate hominis, cum primum crearetur, locum
 »habere non potuisse, ac proinde nec in lapsu ab ea
 »separari.” Pugnatur enim hoc cum descriptione imagi-
 nis Dei, quam Apostolus ponit Ephes. IV, vers. 24.
 ubi illam describit ex iustitia et sanctitate, quae omnino
 in voluntate locum habent.

III.

Qui docent: »Dona spiritualia non esse in morte
 »spirituali ab hominis voluntate separata; cum ea
 »in sese nunquam corrupta fuerit, sed tantum per
 »tenebras mentis, et affectuum inordinationem impe-
 »dita; quibus impedimentis sublatis, liberam suam
 »facultatem sibi insitam exerere, id est, quodvis ho-
 »num sibi propositum, ex se, aut velle, sive eligere
 »aut non velle, sive non eligere posse ¹⁾.” Novum
 hoc et erroneum est, atque eo facit ut extollantur vires
 liberi arbitrii, contra Ieremiae prophetae dictum, c.
 XVII, vers. 9: *Fraudulentum est cor ipsum supra*

omnia et perversum : et Apostoli, Ephes. II, 3 : *Inter quos (homines contumaces) et nos omnes conversati sumus olim in cupiditatibus carnis nostrae, facientes voluntates carnis ac cogitationum.*

(1) posse] Nicm. : possit.

IV.

Qui docent : »Hominem irregentum non esse proprie
»nec totaliter in peccatis mortuum, aut omnibus ad
»bonum spirituale viribus destitutum, sed posse iu-
»stitiam vel vitam esurire ac sitire, sacrificiun-
»que Spi-
»ritus contriti, et contribulati, quod Deo acceptum est,
»offerre.» Adversantur enim haec apertis Scripturae
testimoniis, Ephes. II, 1. 5 : *Eratis mortui in of-
fensis et peccatis.* Et Gen. VI, 5. et VIII, 21 :
*Imaginatio cogitationum cordis hominis tantummodo
mala est omni die.* Adhaec liberationem ex miseria
et vitam esurire ac sitire, Deoque sacrificium
Spiritus contriti offerre, regenitorum est, et eorum
qui beati dicuntur. Ps. LI, 19. et Matth. V, 6.

V.

Qui docent : »Hominem corruptum et animale gratia
»communi, quae ipsis est lumen naturae, sive
»donis post lapsum relictis, tam recte uti posse, ut
»bono isto usu maiorem gratiam, puta evangelicam,
»sive salutarem, et salutem ipsam gradatim obtinere
»possit. Et hac ratione DEUM se ex parte sua pa-
»ratum ostendere, ad Christum omnibus revelandum,
»quandoquidem media ad Christi revelationem, fidem,
»et resipiscentiam necessaria, omnibus sufficienter et

»efficaciter administret.» Falsum enim hoc esse, praeter omnium temporum experientiam Scriptura testatur. Ps. CXLVII, 19. 20: *Indicat verba sua Iacobo, statuta sua et iura sua Israel, non fecit ita ulli genti, et iura ista non noverunt.* Actor. XIV, 16: *Deus sivit praeteritis aetatibus omnes gentes suis ipsarum viis incedere.* Actor. XVI, vers. 6. 7: *Prohibiti sunt (Paulus cum suis) a Spiritu Sancto loqui sermonem DEI in Asia. Et, Quum venissent in Mysiam, tentabant ire versus Bithyniam, sed non permisit eis Spiritus.*

VI.

Qui docent, »In vera hominis conversione, non »posse novas qualitates, habitus, seu dona in voluntatem eius a Deo infundi, atque adeo fidem, qua »primum convertimur, et a qua fideles nominamur, »non esse qualitatem, seu donum a Deo infusum; sed »tantum actum hominis, neque aliter donum dici posse, quam respectu potestatis ad ipsam perveniendi.» Contradicunt enim haec sacris literis, quae testantur DEUM novas qualitates fidei, obedientiae, ac sensus amoris sui cordibus nostris infundere. Ier. XXXI, 33: *Indam legem meam menti eorum, ac cordi eorum inscribam eam.* Esa. XLIV, 3: *Effundam aquas super sitientem, et fluenta super aridam; effundam Spiritum meum super semen tuum.* Rom. V, 5: *Charitas Dei effusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Repugnant etiam continuae praxi Ecclesiae, sic apud prophetam orantis: *Converte me Domine, et convertar.* Ierem. XXXI, 18.

VII.

Qui docent, »Gratiam, qua convertimur ad Deum,
 »nihil aliud esse quam levem ¹⁾ suasionem; seu” (ut
 alii explicant) »nobilissimum agendi modum in con-
 »versione hominis, et naturae humanae convenientis-
 »simum esse, qui fiat suasionibus; nihilque ob stare
 »quo minus vel sola moralis gratia homines animales
 »reddat spirituales; imo Deum non aliter quam mo-
 »rali ratione consensum voluntatis producere: atque
 »in eo consistere operationis divinae efficaciam, qua
 »Satanæ operationem superet, quod Deus aeterna
 »bona, Satan autem temporaria promittat.” Omnino
 enim hoc Pelagianum est, et universae Scripturae con-
 trarium, quae praeter hunc etiam alium, et longe
 efficaciorum ac diviniorem Spiritus Sancti agendi mo-
 dum in hominis conversione agnoscit. Ezech. XXXVI,
 26: *Dabo vobis cor novum* ²⁾, *et spiritum novum*
dabo in medio vestri, et auferam cor lapideum, da-
boque cor carneum, etc.

1) *levem*] Niem. *lenem*. 2) *novum*] Niem. vitio typogr.: *meum*

VIII.

Qui docent, »Deum in hominis regeneratione eas
 »suae omnipotentiae vires non adhibere, quibus volun-
 »tatem eius ad fidem et conversionem potenter et in-
 »fallibiliter flectat; sed positis omnibus gratiae opera-
 »tionibus, quibus Deus ad hominem convertendum
 »utitur, hominem tamen Deo, et Spiritui regeneratio-
 »nem eius intendenti, et regenerare ipsum volenti, ita
 »posse resistere, et actu ipso saepe resistere, ut sui

»regenerationem prorsus impediatur, atque adeo in ipsius
 »manere potestate, ut regeneretur, vel non regeneretur.”
 Hoc enim nihil aliud est, quam tollere omnem efficaciam gratiae Dei in nostri conversione, et actionem Dei omnipotentis subiicere voluntati hominis, idque contra Apostolos, qui docent, *Nos credere pro efficacitate fortis roboris Dei* Ephes. I, 9. Et: *Deum bonitatis suae gratuitam benevolentiam et opus fidei potenter in nobis complere.* 2 Thess. I, 11. Item: *Divinam ipsius vim omnia nobis donasse, quae ad vitam et pietatem pertinent.* 2 Petr. I, 3.

IX.

Qui docent, »Gratiam et liberum arbitrium esse causas partiales simul concurrentes ad conversionis initium; nec gratiam ordine causalitatis, efficientiam voluntatis antecedere,” id est, »Deum non prius hominis voluntatem efficaciter iuvare ad conversionem; quam voluntas ipsa hominis se movet ac determinat.” Hoc enim dogma Ecclesia prisca in Pelagianis iam olim condemnavit, ex Apostolo Rom. IX, 16: *Non est volentis nec currentis, sed Dei miserentis.* Et, 1 Cor. IV, 7: *Quis te discernit? Et, Quid habes, quod non acceperis?* Item Phil. II, 13: *Deus est, qui in nobis operatur ipsum velle et perficere pro suo beneplacito.*

Huius capiti eadem quae prius subscribuntur nomina.

QUINTUM DOCTRINAE CAPUT,

DE

PERSEVERANTIA SANCTORUM.

Articulus primus.

QUOS Deus secundum propositum suum, ad communionem Filii sui Domini nostri Iesu Christi, vocat, et per Spiritum Sanctum regenerat, eos quidem et a peccati dominio et servitute, non autem a carne, et corpore peccati, penitus in hac vita liberat.

II.

Hinc quotidiana infirmitatis peccata oriuntur, et optimis etiam sanctorum operibus naevi adhaerescunt: quae illis perpetuam sese coram Deo humiliandi, ad Christum crucifixum confugiendi, carnem magis ac magis, per Spiritum precum et sancta pietatis exercitia mortificandi, et ad perfectionis metam suspirandi, materiam suggerunt; tantisper dum hoc mortis corpore soluti, cum Agno Dei in coelis regnent.

III.

Propter istas peccati inhabitantis reliquias, et mundi insuper ac Satanae tentationes, non possent conversi in ista gratia perstare, si suis viribus permetterentur. Sed fidelis est Deus, qui ipsos in gratia semel collata misericorditer confirmat, et in eadem usque ad finem potenter conservat.

IV.

Etsi autem illa potentia Dei vere fideles in gratia confirmantis et conservantis ¹⁾, maior est, quam quae a carne superari possit; non semper tamen conversi ita a Deo aguntur et moventur, ut non possint in quibusdam actionibus particularibus a ductu gratiae, suo vitio, recedere, et a carnis concupiscentiis seduci, iisque obsequi. Quapropter ipsis perpetuo est vigilandum et orandum, ne in tentationes inducantur. Quod cum non faciunt, non solum a carne, mundo, et Satana, in peccata etiam gravia et atrocia abripi possunt, verum etiam interdum iusta Dei permissione abripiuntur. Quod tristes Davidis, Petri, aliorumque Sanctorum lapsus, in sacra Scriptura descripti demonstrant.

¹⁾ *conservantis*] Niem. vitio typogr.: *conversantis*.

V.

Talibus autem enormibus peccatis Deum valde offendunt, reatum mortis incurrunt, Spiritum S. contristant; fidei exercitium interrumpunt, conscientiam gravissime vulnerant, sensum gratiae nonnunquam ad tempus amittunt: donec per seriam resipiscentiam in viam ¹⁾ revertentibus paternus Dei vultus rursus affulgeat.

¹⁾ *viam*] Niem. *vitam*.

VI.

Deus enim, qui dives est misericordia, ex immutabili electionis proposito, Spiritum Sanctum, etiam in tristibus lapsibus, a suis non prorsus aufert, nec

eousque eos prolabi sinit, ut gratia adoptionis, iustificationis statu excidant, aut peccatum ad mortem, sive in Spiritum Sanctum committant, et ab eo penitus deserti, in exitium aeternum sese praecipitent.

VII.

Primo enim in istis lapsibus conservat in illis semen illud suum immortale, ex quo regeniti sunt; ne illud pereat aut excutiatur. Deinde, per verbum et Spiritum suum, eos certo ¹⁾ et efficaciter renovat ad poenitentiam, ut de admissis peccatis ex animo et ²⁾ secundum Deum doleant, remissionem in sanguine Mediatoris, per fidem, contrito corde, expetant, et obtineant, gratiam Dei reconciliati iterum sentiant, miserationes per fidem eius adorent, ac deinceps salutem suam cum timore et tremore studiosius operentur.

¹⁾ certo] Niem. vitio typogr.: certos. ²⁾ et] Niem. om.

VIII.

Ita non suis meritis, aut viribus, sed ex gratuita Dei misericordia id obtinent, ut nec totaliter fide et gratia excidant, nec finaliter in lapsibus maneant aut pereant. Quod quoad ipsos non tantum facile fieri posset, sed et indubie fieret; respectu autem Dei fieri omnino non potest: cum nec consilium ipsius mutari, promissio excidere, vocatio secundum propositum revocari, Christi meritum, intercessio, et custodia irrita reddi, nec Spiritus Sancti obsignatio frustranea fieri aut deleri possit.

IX.

De hac electorum ad salutem custodia, vereque

fideliū in fide perseverantia, ipsi fideles certi esse possunt, et sunt pro mensura fidei, qua certo credunt se esse et perpetuo mansuros vera et viva Ecclesiae membra, habere remissionem peccatorum, et vitam aeternam.

X.

Ac proinde haec certitudo non est ex peculiari quadam revelatione praeter aut extra verbum facta, sed ex fide promissionum Dei, quas in verbo suo copiosissime in nostrum solatium revelavit: ex testimonio *Spiritus Sancti testantis cum spiritu nostro nos esse Dei filios et haeredes.* Rom. VIII, 16. Denique ex serio et sancto bonae conscientiae et honorum operum studio. Atque hoc solido obtinendae victoriae solatio, et infallibili aeternae gloriae arrha, si in hoc mundo electi Dei destituerentur, omnium hominum essent miserrimi.

XI.

Interim testatur Scriptura fideles in hac vita cum variis carnis dubitationibus conflictari, et in gravi tentatione constitutos hanc fidei plerophoriam, ac perseverantiae certitudinem, non semper sentire. Verum Deus, Pater omnis consolationis, *supra vires tentari eos non sinit, sed cum tentatione praestat evasionem.* 1 Cor. X, 13. Ac per Spiritum Sanctum perseverantiae certitudinem iisdem rursus excitat.

XII.

Tantum autem abest, ut haec perseverantiae certi-

tudo vere fideles superbos, et carnaliter securos reddat, ut e contrario humilitatis, filialis reverentiae, verae pietatis, patientiae in omni lucta, precum ardentium, constantiae in cruce et veritatis confessione, solidique in Deo gaudii vera sit radix: et consideratio istius beneficii sit stimulus ad serium et continuum gratitudinis et honorum operum exercitium, ut ex Scripturae testimoniis et sanctorum exemplis constat.

XIII.

Neque etiam in iis, qui a lapsu instaurantur, lasciviam aut pietatis iniuriam procreat rediviva perseverantiae fiducia; sed multo maiorem curam de viis Domini sollicite custodiendis, quae praeparatae sunt, ut in illis ambulando perseverantiae suae certitudinem retineant, ne propter paternae benignitatis abusum propitii Dei facies, (cuius contemplatio piis vita dulcior, subductio morte acerbior) denuo ab ipsis avertatur, et sic in graviores animi cruciatus incidant.

XIV.

Quemadmodum autem Deo placuit, opus hoc suum gratiae per praedicationem Evangelii in nobis inchoare; ita per eiusdem auditum, lectionem, meditationem, adhortationes, minas, promissa, nec non per usum sacramentorum, illud conservat, continuat, et perficit.

XV.

Hanc de vere credentium ac sanctorum perseverantia, eiusque certitudine, doctrinam, quam Deus ad nominis sui gloriam, et piarum animarum solatium,

in verbo suo abundantissime revelavit, cordibusque fidelium imprimit, caro quidem non capit, Satanas odit, mundus ridet, imperiti et hypocritae in abusum rapiunt, spiritusque erronei oppugnant; sed sponsa Christi, ut inaestimabilis pretii thesaurum, tenerrime semper dilexit, et constanter propugnavit: quod ut porro faciat, procurabit Deus, adversus quem nec consilium valere, nec robur ullum praëvalere potest. Cui soli Deo, Patri, Filio et Spiritui Sancto, sit honos ¹⁾ et gloria in sempiternum. Amen.

¹⁾ *honos*] Aug. et Niem.: *honor*.

REIECTIO ERRORUM

CIRCA DOCTRINAM

DE

PERSEVERANTIA SANCTORUM.

*Exposita doctrina orthodoxa Synodus reiicit
errores ¹⁾ eorum,*

I.

QUI docent: »Perseverantiam vere fidelium, non »esse effectum electionis, aut donum Dei, morte »Christi partum, sed esse conditionem novi foederis, »ab homine ante sui electionem ac iustificationem» (ut ipsi loquuntur) »peremptoriam, libera voluntate »praestandam.» Nam sacra Scriptura testatur eam ex electione sequi, et vi mortis, resurrectionis, et

intercessionis Christi electis donari. Rom. XI, 7: *Electio assecuta est, reliqui occalluerunt.* Item, Rom. VIII, 32 2): *Qui proprio Filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit ipsum, quomodo non cum eo nobis omnia donabit? Quis intentabit crimina adversus electos Dei? Deus est qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus is est qui mortuus est, imo qui etiam resurrexit, qui etiam sedet ad dexteram Dei, qui etiam intercedit pro nobis: Quis nos separabit a dilectione Christi?*

1) errores] Niem. vitio typogr.: errorum. 2) Aug.: 32-35.

II.

Qui docent: »Deum quidem hominem fidelem sufficientibus ad perseverandum viribus instruere, ac »paratum esse eas in ipso conservare, si officium faciat: positis tamen illis omnibus, quae ad perseverandum in fide necessaria sunt, quaeque Deus ad »conservandam fidem adhibere vult, pendere semper »a voluntatis arbitrio, ut perseveret, vel non perseveret.» Haec enim sententia manifestum Pelagianismum continet; et homines, dum vult facere liberos, facit sacrilegos, contra perpetuum evangelicae doctrinae consensum, quae omnem gloriandi materiam homini adimit, et huius benefici laudem soli divinae gratiae transcribit; et contra Apostolum testantem: *Deum esse qui confirmabit nos usque in finem inculpato in die Domini nostri Iesu Christi, 1 Cor. I, 8.*

III.

Qui docent: »Vere credentes et regenitos non tan-

»tum posse a fide iustificante, item gratia, et salute
 »totaliter et finaliter excidere, sed etiam reipsa non
 »raro ex iis excidere, atque in aeternum perire.” Nam
 haec opinio ipsam iustificationis ac regenerationis gra-
 tiam, et perpetuam Christi custodiam irritam reddit,
 contra diserta Apostoli Pauli verba Rom. V, 9 ¹⁾. *Si
 Christus pro nobis mortuus est, quum adhuc esse-
 mus peccatores, multo igitur magis, iam iustificati
 in sanguine eius, servabimur per ipsum ab ira. Et
 contra Apostolum Iohannem, 1 Ioh. III, 9. Omnis
 qui natus est ex Deo, non dat operam peccato: quia
 semen eius in eo manet, nec potest peccare, quia ex
 Deo genitus est. Nec non contra verba Iesu Christi
 Iohan. X, 28. 29. Ego vitam aeternam do vobis
 meis, et non peribunt in aeternum, nec rapiet eas
 quisquam de manu mea; Pater meus, qui mihi eas
 dedit, maior est omnibus, nec ullus potest eas ra-
 pere de manu Patris mei.*

¹⁾ Niem. : V, 8. 9.

IV.

Qui docent: »Vere fideles ac regenitos posse pec-
 »care peccato ad mortem, vel in Spiritum Sanctum.”
 Quum idem Apostolus Iohan. cap. V, postquam vers.
 16. 17. peccantium ad mortem meminisset, et pro iis
 orare vetuisset, statim vers. 18. subiungat: *Scimus
 quod quisquis natus est ex Deo, non peccat* (nempe
 illo peccati genere), *sed qui genitus est ex Deo,
 conservat seipsum, et malignus ille non tangit eum.*

V.

Qui docent: »Nullam certitudinem futurae perseve-

»rantiae haberi posse in hac vita, absque speciali
 »revelatione.” Per hanc enim doctrinam vere fidelium
 solida consolatio in hac vita tollitur, et pontificiorum
 dubitatio in Ecclesiam reducitur. Sacra vero Scriptura
 passim hanc certitudinem, non ex speciali et extra-
 ordinaria revelatione, sed ex propriis filiorum Dei si-
 gnis, et constantissimis Dei promissionibus petit. Im-
 primis Apostolus Paulus Rom. VIII, 39: *Nulla res
 creata potest nos separare a charitate Dei, quae
 est in Christo Iesu, Domino nostro.* Et Iohann.
 Epist. I, cap. III, 34 ¹⁾: *Qui servat mandata eius,
 in eo manet, et ille in eo: et per hoc novimus ipsum
 in nobis manere, ex Spiritu, quem dedit nobis.*

¹⁾ 34] vit. typogr. pro 24.

VI.

Qui docent: »Doctrinam de perseverantiae ac salu-
 »tis certitudine, ex natura et indole sua, esse carnis
 »pulvinar, et pietati, bonis moribus, precibus, aliis-
 »que sanctis exercitiis noxiam; contra vero de eo
 »dubitare, esse laudabile.” Hi enim demonstrant se
 efficaciam divinae gratiae, et inhabitantis Spiritus S.
 operationem ignorare: et contradicunt Apostolo Iohanni
 contrarium disertis verbis affirmanti Epist. I. cap. III,
 2. 3: *Dilecti mei, nunc filii Dei sumus; sed non-
 dum patefactum est id quod erimus: scimus autem
 fore, ut quum ipse patefactus fuerit, similis ei si-
 mus* ¹⁾ *quoniam videbimus eum, sicuti est.* *Et
 quisquis habet hanc spem in eo, purificat seipsum;
 sicut et ille purus est.* Hi praeterea sanctorum tam
 Veteris quam Novi Testamenti exemplis redarguuntur;
 qui licet de sua perseverantia et salute essent certi,

in precibus tamen, aliisque pietatis exercitiis, assidui fuerunt.

(1) *simus*] Nicen.: *sumus*.

VII.

Qui docent, »Fidem temporariorum a iustificante et »salvifica fide non differre, nisi sola duratione." Nam Christus ipse Matth. XIII, 20. et Luc. VIII, 13. ac deinceps, triplex praeterea inter temporarios et veros fideles discrimen manifesto constituit, quum illos dicit semen recipere in terra petrosa, hos in terra bona, seu corde bono: illos carere radice, hos radicem firmam habere: illos fructibus esse vacuos, hos fructum suum diversa mensura, constanter seu perseveranter proferre.

VIII.

Qui docent, »Non esse absurdum, hominem priore »regeneratione extincta, iterato, imo saepius renasci." Hi enim per hanc doctrinam negant seminis Dei, per quod renascimur, incorruptibilitatem: adversus testimonium Apostoli Petri, Epist. I. cap. I, 23: *Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili.*

IX.

Qui docent, »Christum nunquam rogasse pro infal- »libili credentium in fide perseverantia." Contradiciunt enim ipsi Christo, dicenti Luc. XXII, 32: *Ego rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua. Et Evangelistae Iohanni testanti, Iohan. XVII, 20: Christi- um non tantum pro Apostolis, sed etiam pro omnibus,*

per sermonem ipsorum credituris, orasse: vers 11: *Pater sancte, conserva eos in nomine tuo.* Et vers. 15: *Non oro ut eos tollas e mundo, sed ut conserves eos a malo.*

Conclusio.

Atque haec est perspicua, simplex, et ¹⁾ ingenua Orthodoxae de Quinque Articulis in Belgio controversis doctrinae declaratio, et errorum, quibus Ecclesiae Belgicae aliquamdiu sunt perturbatae, reiectio; quam Synodus ex verbo Dei desumptam, et Confessionibus Reformatarum Ecclesiarum consentaneam esse iudicat. Unde liquido apparet eos, quos id minime decuit, citra omnem veritatem, aequitatem, et charitatem populo inculcatum voluisse:

»Doctrinam Ecclesiarum Reformatarum de praedestinatione et annexis ei capitibus, proprio quodam genio
 »atque impulsu, animos hominum ab omni pietate et
 »religione abducere; esse carnis et Diaboli pulvinar,
 »arcemque Satanae, ex qua omnibus insidietur, plurimos
 »sauciet, et multos tum desperationis, tum securitatis
 »iaculis lethaliter configat: eandem facere
 »Deum authorem peccati, iniustum, tyrannum, hypocritam;
 »nec aliud esse, quam interpolatum Stoicismum, Manicheismum,
 »Libertinismum, Turcismum:
 »eandem reddere homines carnaliter securos: quippe
 »ex ea persuasos electorum saluti, quomodocunque
 »vivant, non obesse, ideoque eos secure atrocissima
 »quaeque scelera posse perpetrare; reprobis ad salutem
 »non prodesse, si vel omnia sanctorum opera

»vere fecerint: eadem doceri, Deum nudo puroque voluntatis arbitrio, absque omni ullius peccati respectu, »vel intuitu, maximam mundi partem ad aeternam »damnationem praedestinasse et creasse: eodem modo, »quo electio est fons et causa fidei ac bonorum operum, reprobationem esse causam infidelitatis et impietatis: multos fidelium infantes ab uberibus matrum »innocuos abripi et tyrannice in gehennam praecipitari, adeo ut iis nec baptismus, nec Ecclesiae in »eorum baptismo preces, prodesse queant." Et quae eius generis sunt alia plurima, quae Ecclesiae Reformatae non solum non ²⁾ agnoscunt, sed etiam toto pectore detestantur. Quare quotquot nomen Servatoris nostri Iesu Christi pie invocant, eos Synodus haec Dordrechtana per nomen Domini obtestatur, ut de Ecclesiarum Reformatarum fide, non ex coacervatis hinc inde calumniis, vel etiam privatis nonnullorum, tum veterum tum recentium doctorum dictis, saepe etiam aut mala fide citatis, aut corruptis, et in alienum sensum detortis, sed ex publicis ipsarum Ecclesiarum Confessionibus, et ex hac orthodoxae doctrinae declaratione, unanimi omnium et singulorum totius Synodi membrorum consensu firmata, iudicent. Calumniatores deinde ipsos serio monet, viderint quam grave Dei iudicium sint subituri, qui contra tot ³⁾ Ecclesiarum Confessiones, falsum testimonium dicunt, conscientias infirmorum turbant, multisque vere fidelium societatem suspectam reddere satagunt.

Postremo hortatur haec Synodus omnes in Evangelio Christi symmystas, ut in huius doctrinae pertractatione, in scholis atque in ecclesiis, pie et religiose versentur,

eam tum lingua, tum calamo, ad Divini nominis gloriam, vitae sanctitatem, et consternatorum animorum solatium accommodent, cum Scriptura secundum fidei analogiam non solum sentiant, sed etiam loquantur; a phrasibus denique iis omnibus abstineant, quae praescriptos nobis genuini sanctarum Scripturarum sensus limites excedunt, et protervis sophistis iustam ansam praebere possint, doctrinam Ecclesiarum Reformatarum sugillandi, aut etiam calumniandi. Filius Dei Iesus Christus, qui ad dextram patris sedens dat dona hominibus, sanctificet nos in veritate, eos qui errant adducat ad veritatem, calumniatoribus sanae doctrinae ora obstruat, et fidos verbi ⁴⁾ sui ministros spiritu sapientiae et discretionis instruat, ut omnia ipsorum eloquia ad gloriam Dei, et aedificationem auditorum, cedant. Amen.

Huic capiti eadem quae prius subscribuntur nomina.

¹⁾ et] Niem. om. ²⁾ non] Niem. om. ³⁾ Niem. vitio typogr.: contra tot Ecclesias contra tot. ⁴⁾ verbi] Niem. vitio typogr.: verbis.

Haec omnia de Quinque Doctrinae Capitibus Controversis supra comprehensis, ita esse gesta testamur Illustrissimorum ac Praepotentum ¹⁾ DD. Ordinum Generalium ad hanc Synodum Deputati, manuum nostrarum subsignatione.

¹⁾ Niem.: praepotentium. Ita et alibi.

EX GELDRIA.

MARTINUS GREGORII D. Consiliarius Ducatus Geldriae, et Comitatus Zutphaniae.

Henricus van Essen Consiliarius Ducatus Geldriae, et Comitatus Zutphaniae.

EX HOLLANDIA.

Waltravus de Brederode.

Hugo Muys van Holy.

Iacobus Boelius.

Gerardus de Nieuburch.

EX ZELANDIA.

